COLAI

OPERA.

MUS V.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai

1. Theologiae Epitome.
2. Exercitatio de Methodo Trinitatis.
2. b. Rotgeri zum Bergen Epistolium ad Henricum Nicolai.
3. Exerc. de Medio Religioso et Theologico.
4. Ex. de Conciliatione Enunciatorum.
5. Miscella Theologica.
6. Ex. de non liquendo.
7. Irenicum defensum et explicatum.
8. Irenicum defensum et explicatum continuatum.
9. Exercitatio de Ahasvero Esthera.
10. Exerc. de Symbolo Athanasii.
11. Erklärung der Schrifft im Predigen Salomo IV. 4.
12. Tractatus de Pane, Editio secunda.
13. Protestatio super nova Editione Tractatus de Pane.
14. (Georgii Rheti Vindex Reprotestatio antecedenti Protestationi opposita)
15. Protestatio defensa.
16. Oratio de Philosophiae Studio cum Theologia conjungendo, praemisso Programmate.
17. Cursus Philosophicus.
18. Exercitatio de Subjecto et Adjuncto.
19. Exerc. de quotidiana Telluris revolutione.
20. Ex. de Astrologiae Veritate, licitaque apud Christianos ratione.
21. Tr. de Modis praedicandi.
22. Tr. de Comparativarum Enunciationum expositione.
23. Rotgeri zum Bergen Res Sacra Amicus sive Epistolium ad Henricum Nicolai.
24. Godofr. Zameli Hymenaei Tumulus.

D. O. M. A.

DE

MODIS PRÆDI-CANDI,

Tractatus peculiaris.

Logicus, Philosophicus, & exemplis in parte Theologicis illustratus.

Vniversam doctrinam modorum prædicandi partè à Logicis hactenùs traditam, distinctè pleneq; repræsentans, varietates ac species eorum deducens, universaq; exemplis ab omni materiâ desumptis illustrans, ac de mysticis & Theologicis prædicandi modis, divinis, personalibus, Sacramentalibus, specialiter disquirens.

AUTHORE

HENRICO NICOLAI,

Phil. apud Gedanenses Profess.

DANTISCI,

Typis Viduæ GEORGII RHETII.

Anno à partu Virginis Matris,

M. DC, L.

Elenchus Sectionum Tractatus.

SEctio prior, de modis prædicandi in universum, & speciebus ac modis eorum. Adstructoria.

Posterior, de objectionibus in genere & specie contra modos prædicandi, earumq; resolutionibus. Destructoria.

Elenchus Exercitationum in hoc Tractatu contentarum.

Ex. I. De Voce & definitione modi prædicandi. Resp. Gerhardo von Meckenheim/Rigensi.

II. De essentialibus & non essentialib. prædicandi modis. Resp. Warnero Relefs, Frisio.

III. De ulteribus modis formalibus. Resp. Christiano Omuht/Dantiscano.

IV. De materialibus prædicandi modis. Resp. Valentino Beggerovio, Pomerano.

V. De objectionibus contra prædicandi modos. Resp. Johanne Knispelio, Silesio.

VI. De ulteriorib. objectionibus contra mysticos modos. Resp. Dan. Polydoro Maccovio, Borusso.

VII. Et ultima, de objectionib. reliquis, & contra modos prædic. de attributis DEI. Resp. Johan. Mahlendorfio, Borusso.

LECTORI PHILOSOPHO & Benevolo S.

A Metaphysicis *tractationibus, LECTOR PHILOSOPHE, qualis* de Causa per accidens *erat, & Pneumaticis, qualis* de Magicis actionibus *fuit, ad* Logicalia *excursum facio, æquè meæ Professioni subrogata, ac* Metaphysica, Pneumatica, Noologica, *& superiores disciplinæ Philosophicæ.* Modum prædicandi *è messe seligere hac vice visum fuit, quam distinctìm diducteq́; animo tuo legendum exhiberem. Rara ejus apud Logicos tractatio: Vix mentio aut nominatio. Et momentum tamen in gravibus mysticisq́; materijs,* personalibus, Sacramentalibus, eminentibus, transcendentibus, *ingens gerat pro accuratâ distinctaq́; talium traditione, ecquisnam prædicandi modus è Logicis in tutiore eis admoveatur? Non enim desunt, qui è plano Logicas denominationes hic averruncent, nec, qui incompetentes ac inconsideratas admoliantur. Diuq́; prælium exercuit Logicos & Theologos, ancipiti Marte, nec satis deductâ Causâ. Qui rationes oppositas plenè addduxisset, resolvisset, infregisset, aut verum solidè fulcivisset, nondum visus lectusvè. Eò major agendi causa fuit, quò desiderio accuratiorum satisfieri quiret. Adducta* §.2. *argumenta* 48. *paronymiæ Personalium ac Sacramentalium, quæ classica hodiè sententia, obversa. Speciem quædam habent, ut quæ inter prima collocavi: alia inferioris subsellij meritò æstimanda. Satiem tamen* Lectoris *explesse libuit, & universa in conspectum dare.* Quatuor *contra attributorum Dei prædicationes mota, quas in simili paronymas salutant* Philosophi, Pneumatici, Theologi. *Pluribus enim deducere pro Pneumatici fuat negotio. Ac ad veri-*

tatem hic hæremus, non authoritatem. Bonus animus nunquam erranti obsequia accommodat. Nec valet quidquam, hic vel ille dixit, *sed, Veritas sic voluit. Multum magnorum virorum judicio credendum est. Sed & aliquid proprio vindicandum. Nam & illi non inventa, sed quærenda, reliquerunt, & invenient forsan etiam posteri necessaria, nisi superflua quærere, & in illis irritum acumen aut laborem fatigare voluerint. Tu mecum,* Lector Erudite & Philosophe, *veritati fave, & assurge, non soli antiquitati adhære, quod Veteratorum est, & qui Papistarum more vetustatem crepant, ac* Novatores, Singularistas, Scepticos, *calumniosè Nos proclamant. Mancipia frugi, facileq́ peritura, si emptorem ab authoritate invenerint. Pro quibus Nos liberi homines, Christiani, Philosophi, esse prædicamus, quod ab ipsâ verâ antiquitate suggestum nobis;* Joh.8.v.32.36. Gal.5.v.1. 1.Cor.7.v.23. *Ab omnibus potioris ceræ Philosophis ad nos traductum novimus,* V. Aristot. 1. Nicom. C.4. Senecam ep.45. Scaligerum ex. 6. s. 4. Ex.307.s.3. & 26. Ex. 325. s.5.9. L. 3. d. caus. L. ling. C. 67. *aliosq́.* Dogmata non juro in Paracelsi, aut scita Galeni: Vera utriusq; placent, falsa utriusq; jacent, *libere* (*Medicis* Poterius L. 2. d. febr. C. 1. Socraticè *enim Philosophandum censemus, vix* Pythagoricè. *Quo de alibi plenius commentandi fortè occasio futura est. Similia agito,* Lector *ac si quæ meliora nostris tibi suppetant, nobiscum impertito, precibusq́ apud* DEUM *nos adjuvato. Ita* DEUS veri ac pacis *inter turbulenta tempora tecum sit & maneat. B. V. E Gymnasio nostro. Pridiè Idus Augusti. An. 1650.*

EXER-

D. O. M. A.

De Modis prædicandi, EXERCITATIO PECULIARIS.

SECTIO PRIOR.

De Modis prædicandi in universum, & Speciebus ac modis eorum.

EXERCITATIO I.

De voce ac definitione modi prædicandi.

THESIS I.

A*Dmirationem rerum occultarum inqvisitione deponi, inscitiâ & ignoratione excitari, præclarè Vir de Rep. literariâ supra modum meritus* Jac. Scheckius Comm. in L. 1. Phys. *scriptum reliqvit. Ignoratio enim Causarum Philosophandi curam primitus indidisse videtur.* Aristot. 2. Metap. C. 2. *Ac cum veritatis ratio difficultatibus præclusa, labyrinthis perplexa, in puteo Democriti demersa lateat, disqvisitionibus, exercitiis, conflictationibus, ut acriter eruatur, merito jure expostulat. Ita* Herennium Modestinum *disputando permulta optimâ ratione decrevisse* Arcadius JCtus in L. munerum, 18. §. Mixta 26. ff. d. muneribus *testatur, ac sine disputandi exercitio nec scientiis ordinem, nec rebus veritatem satis constare posse* Philosophi *communiter consentiunt. Qviqpè ferrum ferro acuitur, & homo faciem amici sui exacuit,*

ait Sapiens, Prov. 27. v. 17. *E silicum collisione ignis, è sententiarum collatione veritas excutitur.* Modò *non tanqvam arenarij, vel pretio adducti, vel supplicio coacti, in certamen literarum descendamus; sed animi gratiâ, cujus pabulum veritas est.* Ut ejus inqvirendæ authorem, qvem à majoribus nostris accepimus, libertatis spiritum retineamus. *Non ad sententiam velut ad saxum adhærentes, nec pertinaciam pro armaturâ capientes, qvæ* erroribus authoritatem præstat, rectè inuentis derogat: *Sed ubiq́ʒ* DEI verum *inqvirentes, occupantes, defendentes. Idem in præsente argumento agamus, liberoq́ʒ spiritu prædicandi modos discutiamus, qvid ferant, qvid ferre recusent, ex vero & pro vero VERO BONO QVE CVM DEO, consideratiùs eventilemus.*

2 *Freqvens clasſicaq́ʒ in* Logicis, Philosophicis, Theologicis, *mentio modorum prædicandi, est, tritoq́ʒ axiomate in Logicis decantatum,* Modus prædicandi seqvitur modum essendi. V. L. 1. Log. p. 2. C. 1. *Qvalis est rerũ identitas, talis & ipsius prædicationis,* Ut Regius L. 2. Log q. 1. 2. Vietor diss. Top. 8. q. 3. *aliiq́ʒ loqvuntur, Vel ut* Fonseca, *Talis est enuntiatio, qvalis est prædicati cum subjecto unio,* 5. Meta C. 8. q. 7. s. 6. *Aut ut* Lorhardus, *modum essendi seqvitur modus cognoscendi,* l. 1. veri apodict. c. 15. *Ac appositè* Scotus, *in propositionibus identitas est proportionalis unitati in rebus.* L. d. interpret. q. 9. *Vixq́ʒ disceptatio occurrat, in qvâ non modi prædicandi mentio aut usitatio, illeq́ʒ allegetur, distingvatur, limitetur, certæ materiæ applicetur, aliové modo ad rem adhibeatur.* In inconseqventiâ formali *inter alia vitiosam argu-endi rationem assignant* Logici, *cum genera prædicationum vel modi prædicandi confunduntur, ut Physicus & hyperphysicus, essentialis & accidentalis, proprius & tropicus, usitatus & inusi-*

tatus, & similes, cujus exempla Dec. 1. Miscell. d. 7. t. 21. *recensita sunt, & hic* t. 57. 58. *adducentur. Sed* qvid & qvotuplex modus prædicandi propriè ſit, *distinctè completeq́; vix à qvoqvam repræſentatum eſt. Res tamen ſcitu necesſaria, in Logicis aliisq́; diſciplinis utilis, in ſeipſâ ardua ac difficilis exiſtit.*

3. *Priusqvàm ad* rem *deveniatur, ambiguitas* vocis *ante excutienda.* Modi vox *ſignificati amplisſimi in variis diſciplinis eſt, notatq́; qvamcunq́; in re determinationem. Sivè* primaria ea, *ut in ente reali,* ſ. ſecundaria, *ut in ente rationis. Vnde* modos esſendi & prædicandi, *reales & notionales, Metaphyſicos, Muſicos, & Logicos habemus.* In Metaphyſicis *vox modi* vel *omnem qvalitatem, figuram, conformationem, ſic qvalitates modos afficientes rerum vocamus,* vel *omne determinans & generalius qvacunq́; ratione contrahens, ut animal per rationale & beſtiale contrahitur,* vel *ſuperius ad determinatius reſtringens, etſi nondum vera ſpecies aut individuum ſit, qvomodo ens ad finitum & inf. creatū & increatū, & 10. ſumma genera, qvæ Logicè prædicamenta vocātur, cōtrahitur,* vel *congruētiā rei cujusvis Naturæ debitā, qvomodo modus creati dependētia,* vel *increati indepēdētia dicitur,* vel *affectionē ētis alicuj⁹, cui ſupervenit, ut ſine eo eſſe nō posſit, qvomodo omne attributū entis unitū vel disjūctū eſt modus,* Tr. d. Eſſ. alicubi, ſ. 1. t. 9. 10. *Vt abſolutum & reſpectivum, ſignum & ſignatum, cauſa & cauſatum,* vel *gradum aliqvem in re, qvomodo tepor & fervor modi in calore dicuntur, intenſio in frigore,* vel *qvamcunq́; determinatam entis rationem, etiamſi non à poſteriori in ente ſit, eiq́; contradiſtingvatur, ſed ipſa actualis esſentia ſit. Sic exiſtentia modus in eſſentiâ vocatur,* V. Pererium L. 6. Phyſ. c. 13. Scheiblerum 1, Meta, c. 15. n. 11. 24. Fonſecam 4. Meta. c. 2.

Et L. 5. c. 7. Alſtedium 1. Meta. c 3. t. 1. Svaretz d. 7. Me-ta. ſ. 1. *Qui ſingularizat esſentiam, ut* Alſtedius *loqvitu. Sic & principia rerum modi vocari ſolent. Sic inexiſtenti modus accidentis, ut ejus esſentia,* L. 2. Meta. c. 1. In Logici modus *eſt determinatio enuntiati in qvantitate & qvalitat, qvomodo modi figurarum,* vel *necesſitate & contingentiâ, qvo-modo modales propoſitiones,* vel *materiâ enuntiatâ, qvomod adverbia prædicata determinare dicuntur, ut Canis currit celeri-ter, Ariſtoteles diſputat ſubtiliter, Plato philoſophatur eloqven-ter,* V. d. 8. Log. t. 20. Vel *certa ratio extremorum in prædi-cando, juxta qvam ſibi attribuuntur, unde modus prædicand dicitur, qvomodo hic ſumitur,* t. 5. 6. Vel *inferendi aliqu ratio, ut modus, in qvo de omni & nullo concluditur, Syllogiſti-cus eſt, ut* Joh. Grammaticus in 1. prior. c. 15. *loqvitur.* I Muſicis *modus rationem notat, qvam Cantores in canendo ſer-vant, aut formam, ſecundùm qvam curſus cantus dirigitur.* S *modus* Jonius, Dorius, Lydius; Plagius, & Authenticus, *ſim-plex & compoſitus, legitimus & ſpurius dicitur.* V. Alſtedi-um Mus. c. 9. In Mathematicis *modus non qvantitas, ſe qvantitatis terminus dicitur, ut ex Ficino* Bernhardus in ſemi-nario Phil. Platonicæ p. 603. *notat.* In Philologicis *modu* vel *moderationem notat, ut, modum ſeruare in omnibus opti-mum eſt,* vel *formam & habitudinem, ut, ad iſtum modum ex ſtruito domum,* vel *menſuram & qvantitatem, ut, ſine mod frumentum datum,* vel *finem & exitum rei, ut, qvis rei modu tandem,* vel *ſimile qvid notat.* Hic habitudinem prædicatio-nis in extremis ſibi attributis vel à ſe remotis notat. *Dici-tur &* genus prædicationis. *Vnde genera prædicationun non confundenda, & modos prædicandi non confundendos dicere eundẽ ſenſum importat.* Item *modus dicendi, enuntiandi, effandi*

prolo-

proloqvendi, pronunciãdi, &c. Prout propositio & effatũ, proloqvium, pronuntiatum, dici solet. Apuleius *etiam protentionem ac rogamentum appellat,* L. d. Syllog. Categorico.

4. Vocabulum prædicandi Philologis & Ethicis *laudare & commendare notat, ut, publicè liberalitatem Principis prædicavit, Et* Cicero, *de seipso gloriosiùs prædicare, falsa præsertim, deforme est:* Interdùm *annuntiare & indicare, ut prædicate Evangelium omni Creaturæ,* Marc. 16. v. 15. *Vel publ. propalare, ut, prædicat palàm, & militibus ostendit. Sic præco ex Senatus consulto prædicat.* Theologis *concionari notat, unde Concionatores prædicatores verbi, & Germanis* Predicanten/ *dicuntur, ut passim seipsos vocant, & ab aliis vocantur.* V. Meyfartum L. 1. d. reform. Academ. c. 16. 20. *Et passim,* Et in Erinnerung von Hexerey/ Nicandrum in Postillâ, Dom. 1. Advent. *aliqvoties, Et* 2. Epiphan. p. 1. Et in Sexagesim. p. 1. 3. *aliqvoties,* Et Dom. Judica, Et dedicat. par. 1. ac *hinc indè,* Behmium in Concione qvadam, *ubi se* Hofpredicanten *vocat,* Hunnium in titulo & præfat. Lib. c. Embdenses, Augustum *Saxoniæ Elect. in Epist. qvadam,* V. Anfang Tract. von Auspurg. Confess. p. 82. 83. Ministros Gedanenses in Apologiâ c. Morgenstern/ l. d 4. l. e. 3. l. q. 4. l. R. 1. Et alibi. *Nomenq́; ipsum in se honestissimum, antiqvissimum, ac dignissimum est, Et de Christo,* Esai. 61. v. 2. Matt. 4. v. 17. Luc. 4. & 8. *Johanne Baptistâ,* Matt. 3. Marc. 1. *Apostolis,* Matt. 10. Marc. 16. Act. 10. Rom. 10. 15. *Angelis,* Apoc. 5. v. 2. *Prophetis,* Jerem. 7. v. 2. c. 19. v. 2. c. 50. v. 2. Jon 1. v. 3. *prædicare usurpatur, ipseq́; Enos primus publicus nominis DEI prædicator extitit,* Gen. 4. v. 26. *Vt multi* Pontificii *exponunt & consentiũt,* Lapide, Pererius, Sa, Ferdinandius, Torniellus in h. l. aliiq́;, Pagninus & Merce-

rus in thesauro, Agrippa de van. sci. c. 56. & alii, *qvamvis in aliud ab aliis detorqveatur, ut* Holtzaio, *& in contemptum ac opprobrium subindè Evangelicis ingeratur à Pontificiis, ut* Gretsero, Kellero, Contzio, Roestio, aliisq; *cum apertè Christus Apostolos prædicare jusserit,* Marc. 16. *Nuspiam missificare, præceptumq; ipsis illud fuisse* Corn. à Lapide in Tit. 1. v. 3. *fateatur, Ipsiq;* Pontificii *olim Ministros suos prædicantes dixerint, ut è* Keisersbergio Conci. de formicis, f. 24. Hofmeistero in 4. Advent. aliisq; *patet. Sic* Bonifacius *prædicator Germanis à Gregorio destinatus fuit, ait* Breviarium Erfurtense, p. 2. lect. 3. Aliiq; *teminum clasficè usurpant.* Novarinus adag. sacr. 147. Et L. 6. Electorum, n. 6. Lapide in Gen. 28. v. 12. Et Jerem 23. v. 30. Et alibi. In Logicis *prædicare est idem ac enuntiare, & prædicatio enuntiatio, affirmatio nempè aut negatio alicujus de aliqvo, unde prædicatio affirmans & negans, essentialis & non essentialis, necessaria & contingens, naturalis & præternaturalis, &c. est. Inde* modus prædicandi *idem ac enuntiandi, affirmandi, & negandi aliqvid de aliqvo est.* Interdùm *prædicare specialiter de prop.* simplici *usurpatur, qvam prædicationem* Apuleius L. d. syll. Categ. *appellat, ut, qvi sapit, beatus est, Et* composita substitutiva *vocatur eidem, ut, si homo sapit, beatus est.*

5. Modus prædicandi *rectissimè* definitione, divisione, & affectione *explicabitur.* Definitio *est:* Modus prædicandi est habitudo Logica extremorum verè Logiceq; sibi attribuendorum, modum essendi seqvens, in eoq; fundata.

6. Genus habitudo Logica est. Habitudo, h. e. *Ratio, forma, & competentia aliqva, secundùm qvam termini sibi*

sibi attribui, aut à se removeri debeant, & è cujus ratione ac respectu prædicatio denominationem aliqvam sortiatur. Posse hanc vocem pro genere ejus poni, partìm *realis ac essentialis competentia docet, qvâ reverâ & tanqvam essentiale qvid ad essentiam pertinens ei convenit. Nec n. modus prædicandi concipi potest, non cogitatâ habitudine ac competentiâ aliqvâ Logicâ:* Partìm *major generalitas & amplitudo termini, qvæ ad genus reqviritur, docet, qvâ generalior ac amplior terminus est, qvàm modus prædicandi. Nam & modus essendi habitudo est, sed non modus præd. præcisè, Et habitudinis vox ad modum essendi & prædicandi indifferens est, Et in utroq; esse potest.* Logica, h. e. ex formali Logico sumpta, *ad Logicam seu ratiocinandi disciplinam pertinens, ad finem eius respiciēs, eiq; destinata, & Logicæ operationi conveniens. Vt* partìm *ab habitudine reali distingvatur, qvalis modus essendi est,* partìm *ab habitud: Rhetoricâ, Poeticâ, Oratoriâ, qvæ etiam habitudo, sed non Logica est, nec Logicæ operationi conveniens, nec fini destinata, non enim ad ratiocinandum, sed loquendum, congruè dicendum, persvadendum, delectandum, movendum, & simile qvid destinata est, ac in ipsâ Logicâ habitudo etiam ratiocinandi ac ordinandi est, qvæ modus prædicandi non est, ut & terminus Logicæ habitudinis pro genere hic consistere qveat, etsi in Logicis rebus sistatur. Cum plures habitudines Logicæ sint, qvæ non statim modi prædicandi sunt, ut modi arguendi, inferendi, ordinandi. &c.*

7 Cætera ad differentiam pertinent, & à rebus, *qvarum habitudo est,* ac principio & fundamento, *qvo nititur, desumitur.* A rebus extremorum verè Logiceq; attribuendorum hab. dicitur. Extremorum, *h. e. eorum, qvæ pro extremis materialibus, ex qvibus ut materia prædicatio construitur, ponuntur. Sivè ea termini sint, ut in præd.* simplici,

Vt

ut homo est justus, sive integra enuntiata, & antecedentia ac consequentia, ut in composita, *ut, si homo est justus, est laude dignus.* In utroq; prædicationum genere modus prædicandi *locum habet.* Verè atribuendorum, *ut connexionem affirmantem extrema maximè habeant, ac uniantur, non à se separentur, ut in negantibus fit, Modus enim prædicandi maximè affirmationem respicit, & habitudinem in eâ dicit, Sic cum naturalis aut præternaturalis, essentialis aut extraessentialis, usitatus aut inusitatus dicitur,* t. 2. *Omnia affirmationem reqvirunt* Conf. t. 14. Secundò *tantùm negationem, qvà hujus fundamentum semper affirmatio est, qvomodo positivum fundamentum privativi est, in qvo hoc sustentatur. Et negatio enunciati esse non possit, nisi antè esset affirmatio, qvomodo negatio entis ens prærequirit.* V. d. 8. Log. t. 14. *Et affirmatio prior negatione est.* Arist. 1. post. c. 10. *Affirm. propositio prima est,* Idem. d. interp. c. 4. *Nam ex præsuppositâ affirmatione constituitur, adjiciendo τὸ non, ut homo est animal, homo non est animal. Ac aliqvod affirmativum s. positivum prius est omni negativo, ut D E U S. Etsi negatio complexa in actu signato & formali suo abstractè spectata* simul cum affirmatione complexâ similiter spectatâ *sit, cum æqualiter ac univocè definitionem propositionis utraq; participet,* d. 8. log. c. l. *Et ut vera connexio terminorum sit, non falsa, à re aliena, insulsa, stolida.* In falsis enim, ut nullus essendi modus est, *cum esse aliqvod ea ad sese non habeant, sed illud respuant, unde removeri at negari de se debent: Sic nec prædicandi modus est, omnesq; species modi prædicandi veritatem aliqv..m prærequirunt,* t. 14. Et 8.

8. A principio, *qvo nititur*, modum essendi seqvens, in eoq; fundata dicitur. Modus prædicandi fundatur in

in modo essendi *qui habitudo rerum ad se respicientium ex eoq́; de se dicendarum est;& in* Metaphysicis *explicatur.* Eum sequitur modus prædicandi *& affirmandi, ut habitudo rationalis in reali, & notio secunda in primâ fundari solet. Sic in* Logicis *notiones primæ fundamenta secundarum, termini* Metaphysici *reales, fundamenta terminorum Logicorum notionalium, & substantiæ primæ secundarum sunt, ut illis destructis hæ esse non possint. Sic* realitas naturæ communis *in animalitate, rationalitate, brutalitate, fundat notionem generis, speciei, differentiæ, & similium, quæ modi prædicandi* Logici *in modis essendi realibus &* Metaphysicis *contenti, fundati, ac eos consequentes, sunt, & quibus sublatis frustrà modos prædicandi vestiges. Nisi homo, leo, canis, taurus &c. esset, speciei notio non esset: Nisi animal, vivum, corpus, esset, generis non: Nisi rationalitas, docilitas, risibilitas, rugibilitas, latrabilitas, esset, proprij aut differentiæ notio locum non haberet, & sic consequenter. Itaq́; ubi modus essendi, essentialis aut non essentialis, Naturalis aut innaturalis, usitatus aut inusitatus, &c. est, & modus prædicandi talis sit. Vt res est, ita prædicatio est. Vt essendi respectus, sic & enuntiandi est.* V, t. 10. seq. *Vnde rectè non tàm in esse, quàm essendi modo vel inessendi fundatur, qui necessitas aut cõtingentia, naturalitas aut innaturalitas, quidditas aut non quidditas, Logicè est. Et Logicus essendi modos* per se accuratè *non considerat. Hoc* Metaphysici, *& in specialibus particularis disciplinæ est. Spectat eos tamen, ut* inde varii enuntiandi modi *oriuntur & nominantur, & modi enuntiandi cum modis essendi conveniunt. Sic* Arist. *modos essendi per se* in Analyticis *tradit. Hinc conformatio modorum enuntiandi ad modos essendi requiritur à Logico.*

9. *Sic* definitio *modi prædicandi fuerit.Seqvitur* divisio, qvæ varia esse potest. *Magna ejus pars* ex materialibus *desumitur, eoq́ respicit, qvales termini sint, qvi de se prædicantur, qvalisq́ materialis eorum habitudo sit, nexus, competentia, & respectus ad sese, quo invicem ad se affecti sint, ac se respiciant. Vnde communiter modos prædicandi ex materialibus terminorum respectibus denominant.* V. Dec. I. Misc. d 7. t. 12. *Sed nihil ominùs* latius modus prædicandi extendi potest, ut formalia in terminis *attendat, qvalia ex* affirmatione & negatione, simplicitate & compositione, essentialitate aut non essentialitate, qvidditate & qvalitate, *perseitate & alietate, vel ut communiter, etsi angustiùs, vocatur, accidentalitate,* V. t. 24. Et s. 2. t. 11. *Sumi possunt,* non nuda materialia, *qvæ ex* naturalitate & innaturalitate, Veritate & fals. Proprietate & improprietate, *prædicamentalitate & extrapræd. Obscuritate & claritate, necessitate & contingentiâ, notionalitate & realitate, usitatione & inusitatione, & similibus sumuntur.*

10. *Sic ergò* modus prædicandi vel formalis vel materialis est. Formalis, qvi ex attributione ipsâ & formâ prædicandi sumitur, eamq; attendit. *Hic* I. Consentaneus & dissent. vocari possit. Ille, *qvi ex consensu rerum,* hic, *qvi ex dissensu sumitur, inq́ eo fundatur. Ille consentaneos, hic dissent. terminos habet, ex iisq́ sumitur.* V. d. 2. Log. t. 23. Et L. 1. Log. p. 1. c. 2. *Verùm* dissentaneus *valdè* secundarius *in hac materiâ erit, nec magnoperè attendendus, nec habitudo rigidè loqvendo inter dissentanea, sed disparatio, dissensio, & remotio, esse debeat, unde semoveri, non attribui debeant.* t. 7. *Imò modo prædicandi oppositus modus dissentiendi ac removendi esse debeat,* t. 61. Qvia tamen generalissima ratio prædicandi

&

& enuntiandi ex affirmando ac negando ſumitur, *& prædicatio tàm affirmans,, qvàm negans dicitur, ut è Logicis conſtat,* hactenùs quadantenùs mentio eius *in generaliſſimà diviſione fieri potuit, non plena deductio ſuſcipi debuit. Fundamenta ſua in term. diſſentaneis, diverſis, diſparatis, & oppoſitis, obtinet, unde deſumendus, & ex qvibus dijudicandus. De qvibus in Logicis pleniùs tractetur.* V. t. 61. Et d. 5. Log *Hic* inprimis affirmatæ prædicationis *ratio habenda, de qvâ* claſſicè & ſpecialiter modus prædicandi *enuntiari ſolet, eiusq́, ſpecies de eâ intelligi debẽt.* Conſentaneus ergò *prædicandi modus* Synonymicus & paronymicus, esſentialis & extraesſẽtialis, *in qvid & in qvale, eſt.* Synonymicus, *qvi ex habitudine eſſentiali extremorum ſumitur, in eâ fundatur, eamq́, dicit.* Paronymicus, *qvi ex extraesſentiali & non qvidditativâ, ac eam dicit. Qvid* Synonymus ac Paronymus *terminus ſit, in* Logicis d. 2. t. 24. 25. & peculiari diſputatione *aliqvando dictum.*

II. *Qvædam ad uberiorem hujus doctrinæ intellectum hic qværi poſſunt, de qvibus diſtinctè monendum.* 1. An hæc diviſio univerſos prædicandi modos exhauriat, qui occurrunt? *Negant hoc, qvotqvot perſonales & ſacramentales prædicationes nec Synonym. nec paronym. ajunt, ſed prorsùs ſingulares, inuſitatas, & aliàs nullibi occurrentes uocant, ubi magis de abductione, qvàm reductione ad Logicas cogitari debeat. Vt* Meiſnerus p. 1. P. S. ſ. 1. q. 9. 10. c. 5. Et d. 12. Chriſtolog. t. 12. 13. ſeq. 32. Et alibi, Mentzerus reſp. c. Mart. p. 287. 288. Gerhardus Exeg. d. Chriſto, t. 118. Schæferus in acropoli, d. 1. c. 7. Brochmandus L. C. de Chriſto, c. 13. q. 2. Hutterus L. C. p. 145. Hockerus in clau. Phil. p. 393. Et p 1. Spec. Log. Theolog. t. 8. Echardus c. 5. The. Calvin. q. 1. Baldui-

nus d. 5. art. visit. t. 27. seq. Hunnius disp. d. præd. pers. q. 2. Melanchton & Hunnæus *Pontificius* L. 1. Dial. ap. Scheibler. d. prop. c. 8. n. 52. Chemnitius fund. Cœn. c. 4. Schillingius in Conc. Metap. p. 193. seq. Aliiq;. *Affirmant, qvotqvot hos terminos in abstractione entis procedere, eoq; de usitatis & inusitatis, creatis & increatis, communibus & mysticis materiis valere ajunt, ut* Jacobus Martini part. Theol. d. 14. & 24. Et L. 2. inst. Log. c. 1. Et d. 3. 4. Curs. Phil. Vt & Prælect. in Log. Keckerm. L. 2. s. 2. c. 1. V. t. 38. Scharfius L. 1. Log. tra. 1. c. 3. L. 2. prax. Log. c. 2. Et Comment. ad L. 1. s. 1. c. 3. Et L. 1. Compen. Log. tract. 1. c. 3. Et Comēt. ad h. l. c. 3. Gutkius d. 2. Log. Divin. Et L. 1. Synops. Log. c. 1. & 2. Et in discursu pro Log. Peripat. p. 27. seq. Vt & Apologiā ejus p. 119. seq. Scheckius, *qvi per accidens personaliter hominem DEVM in Christo dixit,* L. de union. pers. Et resp. c. Anonom. Ut & resp. c. Simonium, & admon. d. Comment. Topicis, *qvod à Tubingensibus* & Jac. Andreæ in refutat. Orthod. Consens. c. 6. *postea explicatum & confirmatum est, ut* J. Mart. p. 112. Inst. Loc. *allegat, ipsiq;* Würtenbergici Theologi præf. Comment. Scheckii confitentur; Wegerus L. 1. Log. s. 2. c. 7. *Vbi multos nostratium Theologorum accidentales & Paronym. eas vocare non vereri ait,* Dn. Eislerus d. 11. Log. Et peculiari disp. de prædicationib. Synonym. & Paronym. Anno 1634. *habita,* t. 19. Grauuer. c. 1. Absurd. Et propug. Antipar. Keslerus quadr. disc. m. 1. & 4. Reinbothus d. 4. d. præd. person. t. 16. seq. Clotzius d. 3. Pneum. t. 72. Aliiq;. Et D. Gerhardus Ex. d. Pers. Christi t. 171. *concedit modum prædicandi denominativum generalem ac formalem in primâ entium consideratione fundatum esse, qvâ spectantur vel ut*

sunt

sunt, vel ut insunt quocunq; modo. Hoc modo modus prædicandi Synonym. ac paronym. *Generalis & in abstractione entis procedens fuerit.*

12. *Et* rectiùs *hoc. Quod sequentibus firmari potest.* 1. Quia modus *hic prædicandi in terminis generalissimis & in abstractione entis ab omni materiâ particulari formatis ac procedentibus fundatur, ac ab illis sumitur, quales Synonyma ac Paronyma sunt.* Abstrahi n. à creato ac increato, usitato ac inusitato, naturali ac innaturali, & in generali ratione sisti possunt, quà *in omnibus omninò materiis procedant. Synonymi generalitas est,* Logicè essentiale & quidditativum, *Paronymi,* Logicè & in distincto conceptu extraessentiale & non quidditativum, *sed aliud quid esse, qualecunq; illud sit, sive necessarium s. contingens, substantia vel accid. naturale aut præternat. Usitatum aut inusitatum, Creatum aut increatum, prædicamentale vel extraprædicamentale, reale vel notionale, personale, sacramentale, aut aliud, eminens, transcendens, vel deficiens, vel cujuscunq; rationis sit, ad omnia ista indifferenter isti termini se habent.* Sic *Pater est Deus in Trinit. Deus est Spiritus, Christus est DEUS, homo, Creatio, Prædestinatio, est actio,* Synonyma ac essentialia, *DEUS est justus, bonus, sapiens, Creatio est admirabilis, Deus est homo & homo est Deus, Panis Cœnæ est* Corp. *Christi, Peccatum est separatio Dei ac hominum, Corpus Christi pro nobis in mortem traditum est, Deus est Creator Cœli & Terræ, Redemptor, Justificator, & Liberator noster,* Paronyma & Logicè extraessentialia *ac non quidditativa sunt, prædicatum enim aliud quid, quàm essentiam quidditativam Logicè conceptam dicit. In hoc generalitas terminorum istorum sistit. Consequenter modus in talib. terminis*

*nis fundatus generalissimus, & in omni omninò materiâ præ-
cedens est.*

13. 2. Quia termini *isti* nullam inperfectionem in *suo formali conceptu involuunt, sed ab eâ semoveri possunt. Sic consent. & dissentanea nihil imperfectionis habent, affirmari enim & negari dicunt, quæ ab omnibus etiam in divinis materiis admittuntur & usurpantur. E. & generales sunt, ac in omnibus materiis admitti possunt. Sed consentanei immediata divisio Synonymum ac Paronymum est, nec Consentanei ratio Logicè aliter, nisi sub quidditate vel non quidditate concipitur. Illud Synonymicum, hoc paron. facit.* V. t. 14. *In quo conceptu nulla imperfectio est, Et consequenter tàm in divinis, quàm creatis aliquid ut quid, vel quale, in Logico conceptu de re concipere licet, ut DEVS est Spiritus, in quid, bonus, verax, justus, in quale concipitur, ut* Dec. 1. Mis. d. 4. *dictum. Non enim* Syn. aut Par. quidquam in re mutant, nec dignitatem rerum minuunt aut tollunt, sed illis tantùm ut respectibus formalibus à mente nostrâ formatis, res ipsæ earumq; conceptus primi distinguuntur, ut optimè Gutkius in discursu pro Log. Peripat. d. 4. p. 31. *Intellectus enim Logicus quà ad verum in operando per Logicam disponi ac dirigi debet, generalia instrumenta, quibus dirigatur, ut verè concipiat, requirit, eoq; ea formare, adhibere, repræsentare, & perficere debet, quomodo* Grammaticus *notiones Grammaticas ad congruè loquendum,* Rhetoricus *ad ornatè,* Poëticus *ad ligatè dicendum invenit & suppeditat, ut* tabul. Pans. liber. p. 1. 42. 43. Et de Cogni. hum. t. 28. Et in Intelligentiâ *pluribus dictum. Vide quasdam necessariò habere debet, quibus in omnibus, & sic etiam divinis materiis, dirigatur, cum in illis enuntiata affirmantia æq; ac negantia ab omnibus formari videamus. Oportet*

ergò

ergò & notiones qvasdam simplices esse, ex qvibus ea formentur, & in qvæ habitudo eorum ut materiam suam resolvantur, ac in qvibus fundentur. Qvæ præter Syn. & Paron. *alia non dantur.* Nec obest, omnia in DEO à parte rei esse ipsam essentiam, non accidentia super essentiam, *eoq́ nihil extraessentialiter & paronymicè de eo concipi aut dici posse, nisi falsò & præter rem.* Non enim à parte rei & essentiâ eius in sese intellectus aliquid extraessentialiter & non quidditativè de DEO dici dicit, sic enim falsum diceret, *cum à parte rei nihil extra essentiam in DEO sit:* Sed Logico conceptu & à parte distinctæ considerationis & conceptus, *ubi non qvidditativum & ut attributum ex certis fundamentis aliqvid concipitur, qvod in re simpliciter spectatâ ipsum esse est. Qvod* idem *in attributis entis procedit, uno, vero, bono, ubicato, qvæ à parte rei ipsum esse entis sunt, à parte Logici conceptus extraessentiales, non qvidditativæ, & attributivæ entis denominationes sunt, ut* Dec. 1. mis. c. l. Et Tract. d. Ess. alic. s. 1. t. 12. seq. Et l. 1. Meta. c. 3. *plurib. dictum.* Simile *qvid in facultatibus animæ rat. est, si à parte rei ipsa animæ essentia illæ sunt, ut* Scotus, Scotistæ, *multiq́ aliĳ volunt, ut* Dec. 1. t. 13. *dictum. Nec falsus ob id intellectus. Qvia non in re ut sic, sed ut inadæqvatè ac distinctiùs repræsentatur, ubi fundamenta distingvendi sunt, ita esse ait, ut* c. l. *pluribus dictum.*

14. 3. Quia in modo essendi *fundatur, qvi generalissimus, essentialis aut non essentialis vel extraessentialis. Qvicqvid aliqvem essendi modum ad aliud habet, vel essentialem, vel non essentialem habet. Tertium, medium, aut neutrum, hic non datur. Contradictoriè enim & immediatè in Metaph. & Logicis ea distant, essentiam esse & dicere, & non esse, non dicere.* V. Arist. d. interp. c. 8. 9. L. 1. Post. c. 2. t. 5.

Et

Et Tr. d. Oppoſitione ſ.2. t.2.3. *oſtenſum. Ac qvod rei verè competit, aut eſſentialiter, aut non eſſentialiter ei tribui neceſſe eſt, aut planè non competit, & ſic tribui deq; eâ dici non debet. Immotum hoc ex immediatâ Oppoſitione, ut rectè recentior aliqvis in* Metap. p. 1. ſ. 1. c. 2. *ait, atq; hoc fundamentum univerſæ doctrinæ Logicæ de præd. Synonym. & Paronymicâ eſſe addit.* V. t. 8. *Et ſic modus in omni entis genere procedit.* Quodcunq; alteri *quocunq; modo junctum, cumq; eo nexum aliqvem habet, ſicq; reſpectum conſentientem & modum eſſendi ad illud habet, vel ipſa eius eſſentia, vel aliqvid ultra eam diſtinctè ſpectando, & ſic vel eſſentiale ei, vel non eſſentiale eſt. Secùs nullum eſſendi modum habet, ſed alienum illi eſt, & removeri ab eo, non dici & affirmari de eo debet.* t. 7. 10. *Falſis enim non modos eſſendi & nexus, ſed ſeparationes ac remotiones tribuimus. Modus eſſendi nexum & competentiam reſpicit.* V. t. 42. *In primo autem & immediato rerum nexarum conceptu* res vel ut eſt, vel ut ineſt, *repræſentatur, nec medium, neutrum, aut ex utroq; miſtum Logicè dari poteſt. Nec rem ullam inducere qveas in Naturâ aut extra Naturam, ſupra aut infra eam, uſitatam vel non uſit. prædicamentalem vel extrapræd. In qvâ non alteruter modus eſſendi locum habeat, ſiqvidem nexum ullum cum aliâ habeat, de qvâ affirmari qveat. E. & modus prædicandi per Syn. & Par. generaliſſimus erit.* * *Et rectè* Gutkius pro Log. Perip. p. 27. Nulla datur præd. affirmativa in ullâ diſciplinâ, quin prædicatum reſpiciat ſubjectum vel ad modum Syn. vel Paron. *Qvod autem in modo eſſendi eſt eſſentiale, in modo prædicandi Synonymum, qvod extraeſſentiale, Parony. eſt. In reali nexu res eſt vel ineſt. In logico conceptu vel qvidditas, vel non qvidditas eſt. Et hoc Synony. ac Paron. eſt.*

Quia

EXERCITATIO II.

De essentialib. & non essentialib. prædicandi modis.

Th. XV.

4. QUia *sine talib. terminis Logicus in praxi partis 1. quoad thémata suprapædicamentalia perfectè versari nequit. Neq; enim extrapædicam. themata Logicè tractare* Logica do*cere debet, ut Deum, Christum, prædestinationem, Creation. baptismum, omnipræsentiam, ac prædicamentalia, ut hominem, leonem, virtutem, Consiliarium, Statum, Rempubl. Generale enim instrumentum Log. est, supellex cunctis apparata scientiis ad utendum pro suo cuiq; commodo ac facultate, ejusq; instrumentis omnes utuntur, quæ potestatem constituunt scientiis ad disceptationes,* Scalig. ex. 1. s. 3. *Et tàm notiones pro extraprædicamentalib. concipiendis, apprehendendis, thematicè pertractandis, ut transcendentib. eminentib. deficientib. quàm prædicamentalibus, ut substantiis & accidentibus, constituere, ac proponere Logica debet.* Secùs *manca & imperfecta erit. Sic notiones dandæ, quibus Deum, Dei filium, Logicè in thema tractet. Ea autem prædicabilia & prædicamenta non sunt, cum ultra ea thema elevatum sit, nec verum genus, speciem, differentiam, in eo requiras.* Ad generaliores ergò accedendum, quales Syn. & Paron. sunt. Quas si abigas, nullum in quidditate aut affectione conceptum de eo habebis, *& nihil de eo tractare poteris. Et ubi essentialis conceptus nullus, nec descriptio, aut qualiscunq; rei explicatio locum habet, sed tota thematica tractatio in spongiam incumbet, quod admodùm insulsum in Log. & usum ejus destruit. Sic si attributa, effecta, Dei deducas, ex proprio & accidente parum proficies, quod in Deo locum non habet.*

bet. Nisi paronymæ adduxeris, toti huic tractationi nervum incides, h. e. magnam usûs Logicæ partem evertes, quod itidem insulsum. Aliam enim in transcendente, ut Ens, Causa, Signum, eminente, ut Deus, Christus, & deficiente themate, ut cœcitas, notio Logica, Poëtica, assignare non licet. At sine quib. terminis praxis Logica part 1. succumbit, illi omninò in parte 1. proponendi. Sed sine Syn. & Par. succumbit, ut visum. E. omninò ferendi. Consequenter & modus prædicandi ex illis sumptus, *in illis fundatus, ferendus.*

16. 5. Quia *immediata termini Consentanei subdivisio æquè generalis est, ac ipse consentaneus.* Patet 1. A pari. *Dissentanei subdivisio generalis est, ut diversus, disparatus, oppositus,* d. 5. Log. t. 20. *Et quos in omni materiâ generaliter agnoscimus. Sic Deus & creatura primò diversa, Pater & filius Dei relata opposita, Deus & non Deus contradictoria sunt.* 2. A plenâ specierum enumeratione. *Logicus & Philosophus non solùm genus, sed & universas species sub eo contentas recensere debet, secùs imperfectè rem repræsentat. Sic in animali omnes species, rationale & bestiale, in colore extremus & medius, in prædicabili essentiale & accidentale, in genere summum & intermedium, in specie infima & subalterna, deducuntur.* Sed immediata ista subdivisio Consentanei est in Syn. ac Paron. *Quærendo enim,* quot modis *proximè aliquid in Logicis consentaneè prædicetur, aliud dici nequit, quàm essentialiter aut non essentialiter, synonymicè vel paron. quidditativè vel non quidditativè prædicari, vel essentiam alicui esse, vel ei inesse. E. & Synon. ac paron. generalia erunt. E. & modus prædicandi Syn. ac Par. generalis erit, quia termini isti generales sunt.*

17. 6. Quia *proximum generalis veritatis in omni materiâ in affirmando fundamentum isti termini suppeditant, Syn. & Pa-*

& Paren. Quærendo enim, cur verum ſit, *quod de re dicitur, reſpondetur, quia eſſe ejus aut ineſſe, quidditas vel conſequens eſt, aut falſum eſt, & de re dici non debet, ſed negari & ab eâ removeri. Quicquid enim rei verè competit, eſſe rei, aut ineſſe eſt: Aliud fundamentum hic non datur, & hoc ſi tollas, omne generale veritatis fundamentum è materiis in parte 1. Logices ſuſtuliſti, quod iniquum & abſonum eſt. Perindè ac ſi domum ponas, & fundamentum aut materiam neges. Veritatis enim inſtrumentum Logica etiam in ſimplici conceptu & rerum apprehenſione ſuppeditare debet, & ad eam per notiones ſimplices dirigere. Non enim falſa connectere docere debet, ut homo eſt brutum, Deus eſt creatura, leo eſt cervus, ſed vera,* eoq́; aliquod fundamentum veri in par. 1. habere debet, *ad quod connexiones exigat, & quorsùm ſi non quadrent, alienas à vero ac illegitimas judicare queat, nec conceptum cum conceptu conjũgendum, ſed ab eo ſeparandum eſſe doceat.* Sic in diſſentaneis fundamenta *veritatis habemus, unde ea judicetur & exploretur, diverſa, diſparata, oppoſita. Cur conſentaneis nulla concedamus, ex quib. veritas connexionis Logicè judicetur, intellectus in eâ informetur, dirigatur, & juvetur? Sic audiens Logicus à Theologo, hominem in Chriſto eſſe Deum, & Deum hominem, fundamentum Logicum veræ affirmationis in terminis inquirit; & reſpectum eſſentialem vel non eſſentialem reperit. Hic autem non eſſentialis eſſe poteſt, nec Deus hominis eſſentia Logica, nec homo Dei eſt. Extraeſſentialem ergò eſſe oportet. Paronymus ergò ea ſe reſpicere dicit. Sicq́; generale attributionis hic fundamentum eſſe dicet. E. & termini Syn: & par: generales erunt, conſequenter modus prædicandi in illis fundatus etiam generalis erit.*

18. 7. Quia *ſi hic prædicandi modus, Syn. & Par. ſpecialis eſt,* vel *tantùm in increatâ,* vel *tantùm creatâ materiâ procedet.*

Nam si in utraq́, jam generalis erit. Si tantùm in increatâ, *E. in creatis rebus nullum modum prædicandi essentialem aut extraessentialem habebimus, quod infinitorum exemplorum inductione falsi convincitur, omniaq́ prædicabilia, essentialia & accidentalia, contrarium testabuntur, quæ modos prædicandi Synonymi. & paronym. suppeditant. Si tantùm in creatâ, E. in increatis nihil concipere aut prædicare per modum quidditatis aut non quid: essentiæ vel non essentiæ, licebit,* consequenter nihil definire, describere, affectiones concipere aut tribuere, thematicè explicare vel applicare. *At hoc* totam praxin partis I. *in increatis evertet, quod contra finem, usum, & generalitatem* Logices *est, quæ organon veri in omni materiâ esse debet, consequenter aliquas notiones suppeditare, quib. in eâ procedas: Et* communi praxi Logicorum *contrarium est, in qui & increata themata tractantur, ut Deus, Creatio, Prædestinatio Justificatio, Christus, Sp. S. Conversio, &c. Vt in thematologi Logicâ aliquando patebit. Sic in Deo & ente verè attributa assignamus, quæ sub conceptum Logicum cadunt, & consequente notionem aliquam requirunt. Si hæc à praxi Logicâ removenda, multum de usu Log. deteritur, & angustè nimis ad sola creata adstringitur, quæ instrumentum generale veritatis in omni scibili esse debet,* t. 15. 8. Quia modus prædicandi in genere *in Theologicis conceditur, ut ex vulgato axiomate pate modus prædicandi sequitur modum essendi, quod frequenter loco de Pers. Christi & Cænâ occurrit. E. & aliqua ejus speci ibi concedenda. Non autem specialis & impertinens, ut naturalis, prædicabilis, prædicamentalis, usitatus. E. generalis, Cons. & dissent. Synonymus & Paron. &c. Quæ in contrariu opponuntur,* f. 2. *expedientur.*

19. 2. An prædicata mystica ad aliquem istorum modorum referri queant? *Hoc etiam negant* t. 11. *allegati.* Alij *affirmant, qui ibi citati. Et rectiùs hoc.* 1. Quia hi termini *generalissimi & in abstractione entis procedentes sunt, eoq; omnib. materijs adhiberi possunt. In eo autem generalitas termini est, ut usitatis & inusitatis, creatis & increatis, applicari possit; ut abstracta, concreta, recta, obliqua, complexa, incomplexa, & similes termini docent, qui æq; divinis, ac creatis adhibentur. E. & hos terminos divinis adhibere licebit.* 2. Quia divinis apti *ac congrui sunt, nihil imperfectionis, indecentiæ, aut incompetentiæ illis inferunt, Logicum formale tantùm sui conceptus & respectus dicunt, esse vel inesse, quid vel quale esse, in quo nil imperfectionis,* t. 13. *Et æq; citra imperfectionem intellectus in divinis Logicè distincteq; concipit ac creatis aliquid, ut quidditatem, vel præter eam esse. Sic in descriptionibus divinorum aliquid ut quid, in affectionib. ut præter quid Logicè dicitur. Sic describendo Deum Spiritus increatus, attribuendo, bonus, justus, verax, sapiens; Logicè dicitur.*

20. 3. Quia *genus modorum prædicandi, Consentaneus, in mysticis admittitur, ut, Deus est Spiritus, Prædestinatio est actio, Omnipotentia est attributum Dei, consentanea dicuntur. E. & proximæ ejus species ibi admitti debent. Hæ autem Syn. & Par. sunt. Ergò & hi termini ibi admittendi,* t. 16. 4. Quia *propositiones mysticæ* vel *erunt propositiones Logicæ,* vel *non Logicæ. Immediata hic est oppositio.* Si prius, *aut veræ aut falsæ erunt. Non hæ, ut ap. illos conceditur, qui mysterium incarnationis & unionis personalis agnoscunt. E. veræ.* Vel *ergò fundamentum aliquod Logicum veritatis habent, vel non habent.* Si non habent, *tùm erunt sine fundamento veræ, h. e. apparenter, non realiter veræ erunt. At hoc modo non veræ erunt.*

Nam apparens verum quà rem non est verum, ut cum Sophistæ in Elenchticis apparentib. principijs ludit. Sicq; erunt veræ & non veræ simùl, quod contradictorium. Si habent fundamentum, *E. è terminorum doctrinâ eruendum, in quib. latere debet, & è quorum habitudine ac respectu consentaneo sumi debet. Ex illis enim enuntiatum verum constituitur, & in eos resolvitur.* Non autem è dissentaneis, *quæ negantium enuntiatorum fundamenta sunt. Mystica autem, ut personalia & sacramentalia affirmantia sunt, ut constat. E. consentaneis. Sed sub his nulla alia, quàm Syn. & Paron. Vt è Logicis constat, quæ proximum fundamentum generalis veritatis affirmatæ sunt,* t. 17. *Nam abstracta, Concr. recta, Obliq. denominantia, denominata,* ad verum & falsum, affirmatum & negatum, *indifferentia sunt, non præcisè ad verum aut affirmans determinata, quorum fundamentum hic inquiritur: nec propinquè verum, sed modum enuntiandi sub terminis respiciunt, an sub abstractâ aut concretâ, rectâ vel obliquâ formâ termini sibi attribuantur. E. è Synon. & paron. veritas illa eruenda, consequenter in mysticis illa admittenda. Sic dissentanei fundam. in illis admittitur, diversum, dispar. Oppos. Pariter & consentanei,* t. 17. *Quod Syn. & Par. Secùs insulsè pars 1. Logicæ apparabitur.*

21. Si posterius, *& non Logicæ sunt, E. ne propositiones quidem sunt. Nusquam enim nisi in Log. construi eæ docentur. Velut constructio Gram. nusquam nisi in Gram: Ornata dictio nisi in Rhetoricâ, ligata in Poëtica proponitur, indeq; arcessitur. Si ad eas loquendi ratio non quadret, nec verè Grammatica, Rhetorica, Poëtica forma judicatur. Et si propositionem Theologicam dicas, sed non Logicam,* perindè agas, *ac si barbaram locutionem* Theologicam aias, sed non Grammaticam, *h. e. incongruam & illicitam, ac à verâ loquendi ratione prorsùs alienas*

nam locutionem. Hoc enim in loquendi formis, quarum obrussa Grammatica, est non Grammaticum esse. Sic si versum bonum *dices, sed* non Poëticum, *jam malum & illegitimum dicas. Versus enim norma Poësis, non aliud quid, est. Par ratio de* numero *est, qui bonus in Theologiâ, sed non Arithmeticâ, eo ipso jam incongruus & illegitimus sit, cum numerandi norma unica ac sola* Arithmetica *sit, & qui ad hanc non congruens, prorsùs illegitimus censeatur.*

22. Dicas fortè: Enuntiata mystica Logica dici posse, sed in Scholâ ac Logicâ Sp. S. in qua sint usitatissima, *non autem luminis naturalis, unde nostra Logica cum omnib. suis notionibus sit exstructa.* R. 1. Si nostra Logica *à Log. Spiritus S. in tantum divertit: ut quædam Enuntiata in eâ sint vera, quæ in nostrâ falsa, notiones ergò ibi proponi oportet, ad quas talia enuntiata conformentur, & principia, ex quib. formentur. Sic notiones apprehendendi, enuntiandi, arguendi, diversæ à nostris proponendæ, quib. procedas. At ubi eæ, & à quo propositæ, scriptæ, aut repræsentatæ, ut in mysticis observari queant? Vt notiones ac regulas* Grammaticas *easdem cum nostris observat Sp. S. & ad eas sermonem conformat: sic & easdem Logicas cum nostris, & ad eas Logicas operationes componit, nec unquam contra nostram Logicam aliquid Logici proposuisse deprehensum est, ut* Dec. 1. Misc. d. 10. *ostensum. Sic Schemata Oratoria & Rhetorica eadem cum nostris in sacris occurrunt.* Par ratio cum Logicis notionib. *in hoc negotio est, ut analysis* Grammatica, Logica, Rhetorica, *textuum sacrorum docet. Sic non aliæ regulæ definiendi aut dividendi in sacris traduntur, ac nostris Logicis, ut Theologicè Deum definiri posse dicas, sed non Logicè, verùm iisdem Sp. S. cum nobis utitur, & Deum describit Spiritum,* Joh. 4. v. 24. *Et omnipotentem,* Gen. 17. v. 1. Exod. 6 v. 8.

2. Cor. 6.7.18. *Quomodo & Logica Deum describi tantùm docet, ut* d. 6. Log. 21. *dictum* Conf. d. 6. Log. Contr. t. 4.10.

2. Distinguendum *inter modos ac notiones Logicæ* formales & materiales. Formales *iidem sunt in mysticis & naturalib. Sic termini generales, Enuntiata, Syllog. formalis*, t. 10. 11. seqq. Materiales, *cum principia materialia spectantur, variare possunt. Sic alia demonstrator, alia probabilis argumentator habet, ex quib. confirmat, alia Sophista, quib. imponit. Sic terminum & propositionem necessariam & contingentem, naturalem & præternaturalem esse, variat, & unum mysticis convenire, alterum ipsis negari potest. Hoc ex materijs ipsis earumq́; habitudinib. sumendum. Unde & modi materiales in* Log. *proponuntur*, t. 45. seq. *Sed materias ipsas Logicum aliundè & ex realib. aut instrumentalib. disciplinis sumere oportet, ut mysticas è Theologicis, Physicas ex Physicis, Metaphys. ex Metap. Juridicas ex Jurispr: Rhetoricas & Poëticas ex Rhet. & Poëticâ, & sic consequenter. Has enim ex se ignorat. Sic Deum hominem esse ignorat. A* Theologo *accipiens notiones quasdam accommodat, ut prop. affirmantem, veram, necessariam, præternaturalem, &c. esse*, t. 12. 13. seq. *Sic hircum quendam cervum, leonem pardum esse, ex se ignorat. A* Physico *accipiens denominata quædam enuntiato tribuit, affirmans, paronymum, verum, contingens, præternaturale, concretum, simplex, vocans.* V. s. 2. t. 8. *Conf.* Dec. 1. Misc. d. 10. t. 15. *Ex seipsâ Logica tales materias nec affirmare, nec negare potest, cum penitùs ignoret.* V. Coron. Logic. t. 29. seq. 3. Si Logica usitata *verè & adæquatè in notionib. suis exstructa est, non ad naturalia tantùm, sed & supernaturalia habilis esse debet, ac ad utraq́; indifferens, prout prop. & Syllogismos, item consentanea & dissentanea, in utrisq́; formamus & admittimus*, t. 16. 19. 20. *Quib.* Synon. ac Paron. *similia sunt, quæ preinde pariter in illis admittenda.*

23. 5. Si myſtica ad hos prædicandi modos, Syn. ac Par. *non revocanda*, vel ideò *fiet, quod hi modi ſpeciales & ad certas materias determinati ſint, ut prædicamentales*, Vel *quòd imperfecti*, vel *abſtractionem ad finitum & infinitum non admittant*, vel *naturalium rerum tantùm modi ſint, myſticorum rationes non exhauriant*, vel *aliàs inconvenientiam ad myſtica & inuſitata diſponenda admittant*. *Sed nihil horum omnium in illis eſt*. Non primum, *quia generales ſunt*, t.12.14.18. *Non ſecundum*, V. t.13.19. *Non tertium, quia ſufficiens in illis abſtractio*, t. 12. 14. *Non quartum*, t. 15. 18. *Nec quintum, quia id facere non tenentur*, t. 13. Et p. 2. t. 24. *Nec ſextum, quia nulla ad myſtica inconvenientia hic*, t. 13. 17. 19. *E. omninò ad ea revocari poſſunt*. 6. Si Logica *generalis diſciplina eſt, E. quosdam modos prædicandi generales habere debet, qui in omni materiâ procedant. Hoc enim generalitas requirit*, t.12. *Sed eſt generalis*, t. 15. *Et modus prædicandi conſentaneus etiam generalis eſt*, t. 12. ſeq. *E. & proxima Conſentanei ſubdiviſio generalis eſt, quæ eſt Synon. & Paronymus modus*, t. 16. 20.

2. 7. An ad Synonymicum prædicandi modum prædicata myſtica referri queant? *Poſſe ad aliquem iſtorum, Syn. aut Paron. Enuntiata myſtica referri*, t. 12. 19. *oſtenſum. Jam* ad quemnam eorum commodiùs referantur, an ad utrumq; indifferenter ſe habeant, & perinde ſit, ad quem reducantur, *ulteriùs quæritur?* Ad Synonymos & eſſentiales *Enunt. perſonalia, Deus eſt homo, & viciſſim*, *reducunt* Scholaſtici & Reformati *quidam*. *Ex* Scholaſticis *pleriq; prædicationes identicas dicunt, ubi pro eodem ſuppoſito ſumatur ſubjectum & prædicatum. Vt* Thomas p. 3. d. 4. q. Scotus, Durandus, Biel, Bonaventura, aliiq; ap. Meiſnerum p. 2. P. S. ſ. 2. C. 2. q. 7. Capreolus in 3. ſent. d. 8. q. 1. *Quos ſequun-*

quuntur Jesuitæ, Bellarmin. l. 3. d. Euchar. c. 19. Buseus d. Perſ. Christi, c. 2. t. 16 seq. Et Apolog. c. Gerlach. Valentia T. 4. d. 1. q. 2. aliiq;. *Hi ad essentiales facilè consentient. Imò* Buseus *in personalibus prædicata subjectis* in primo modo per se *tribui scripsit, unde* Gerlachius *essentiales fore conclusit, ut* Meisn c. l. t. 3. q 2. *tradit. Hic enim modus sine dubio est essentialis.* V. Aristot. 1. Post. c. 4. *Est enim cum prædicatum essentiam subjecti constituit, ut Logici docent.* V. d. 13. Log. t. 17. *Sive per modum generis, sive differentiæ aut speciei, sive conceptus transcendentalis aut eminentis sit, ut finitum est ens, Deus est Spiritus. Negavit quidem consequentiam* Buseus. *Sed è* primo modo perseitatis *necessariò ea infertur, nec instantia in oppositum dari potest. Sanè jam olim* Ferrariensis *eas per se dixit,* sed nova & admirabili perseitate, *non communi, ut ipsum subjectum, Christus, novum & mirabile per se sit, quod non ad usitata reduci debeat,* L. 4. c. gent. c. 45. *Quorsùm &* Fonseca *intendit* 5. Metap. c. 8. q. 7. s. 6. *Sed aliud,* per se in genere *dicere, aut novum & inusitatum, Unde non statim essentiale colligitur: Aliud,* in primo modo per se *dicere, quod* Buseus *dicit, & semper essentiale infert, & ex usitatis, notis, naturalibus, & naturâ cognitis materiis sumitur, sive prædicamentales illæ, s. transcendentes. Ut substantia est Ens, Causa, Contingens, est ens, Deus est Spiritus, substantia, &c. De quo* Scharfius l. 4. Inst. Log. c. 3. Stalius in disp. Log. aliique *videantur. Propriè autem considerando, Christus rectiùs* unum per aliud, *mirabilem unionem personalem, quàm unum per se dicitur, ut in* Metaphysicis *dicam, non enim naturæ in eo unitæ essentialem subordinationem ad se habent, sed non essentialem,* t. 27. 33. seq. *Eoq́ de modo perseitatis, ad quam prædicatio de eo reducenda, parùm laborandum, an communis ea, vel primi modi per se, vel singularis & nova, ac inusitata,* Conf. s. 2. t. 11.

Quidam tamen Pontificiorum *negant, essentiales esse, ut* t. 35. *dicam.*

25. Ex Reformatis *ad Synonymicas reducunt* Orth. Consens. in proleg. f. 18. Et q. 16. p. 1. Crellius L. 2. Log. c. 3. Calaminus Dis. d. Sacram. t. 51. Piscator resp. ad Hofman. p. 22. 23. Et ad Elench. Buscheri c. 14. Quamvis id de eo Echardo alleganti vix credere velit Contzius in Coron. Jubil. c. 33. p. 270. Beza p. 1. Resp. ad Hoffmann. Goclenius in Spong. error. p. 114. Et p. 3. probl. Log. p. 149. Kekerm. L. 2. Log. s. 2. c. 1. Et L. 3. Theol. c. 2. *Ejusq; defensor* Rassius in vind. c. Donner. t. 7. *Qui tamen moderationem addit, & synonymas* καθ' ἡμᾶς & ratione nostri, *non naturâ sui, esse ait. Quo pacto ex significato vocis proprio fiet tropicum, ut cum rudem aliquem asinum, & crudelem leonem voco, quoad nos, non naturâ sui, h. e. tropicè & impropriè, qualia enuntiata non magnoperè curat Logicus, sed* Rhetori *committit, & in propria resolvit, ubi magis paronyma, quàm Synon. erunt, ut nec* Keck. *opinio, nec* Rassii *defensio hic ad rem sit, cum Enuntiata personalia propria sint proprietate Grammaticâ & Rhetoricâ, non tropica & figurata, ut in* Theol. *ostenditur. Secùs ipsa unio tropica & impropria fiat, & unionis personalis mysterium totum evertatur, nec solidè ostendi possit,* in quâ voce *propriè tropus aliquis hæreat. In Syllogismum enim voces istæ illata Conclusionem propriissimam faciunt, non tropicam. Vt, Christus est Deus. Christus est homo. E. quid. homo est Deus. Vel, Messias est Deus. Messias est homo. E. q. h. e. D.* Ut album est dulce *in saccaro propriissimè: Sic homo Deus in Christo.* Sic Philosophus est Theologus, *& contrà, sine tropo. Nec tamen Philosophia indè Theologia fit, ut nec albedo dulcedo in sacch\aro, ut* Daneus, Bellarminus, aliiq; *frustra id metuunt. Denominativæ enim*

omnes tales prædicationes sunt, ubi ab concreto ad abstractum non val. cons. Quod in essentialibus tantùm procedit, t. 28.

26. *In his & similibus sententijs* duo *assumuntur & confunduntur, quæ distinctissima sunt.* Aliud est, *quærere de Christo toto*, an, cum Christus, totum compositum ex Deo & homine unitis *jam constitutum, homo aut Deus dicitur, essentialis prædicatio, & prædicatum de essentiâ subjecti sit, quod verum, cum ad essentiam totius ex utroq; compositi utrumq; membrum pertineat, & sic de eo prædicatum essentiam subjecti compositi dicat, quomodo ad corporis albi aut nigri esse, & corpus & nigrum vel album esse pertinet, & prædicatio per se ac essentialis est; Corpus album est Corpus vel album, ut in* Log. *docetur.* V. Scheibler. d. propos. c. 4. n. 56. aliosq;. *Hoc modo prædicata personalia omninò sunt Synonymica, Christus est homo, Christus est Deus, utrumq; enim ad essentiam Christi constituendam requiritur, ut ad homo Dei esse homo & Deus requiritur. Et hoc benè probant argumenta* Fonsecæ in 5. Metaph. c. 8. q. 7. s. 2. 3. *Affirmatq;* Wegerus q. 7. in L. d. Interpr. n. 10. *Et* Libavius, *cum Deum & hominem in Christo essentialiter consentire dixit* p. 77. Log. *Quem* Goclenius p. 2. Miscell. p. 111. 112. *adducit. Quanquam* Synonyma hic ex parte vrgere oporteat, non toto & rigidè, ut in prædicamentalibus. *Non enim essentialis partium ad sese* subordinatio *hic, ut inter animam & Corpus in animali, non partes ipsæ* essentiales, *sed personales & Sacramentales sunt, nec* unio *partium essentialis, nec* totum *ex unione resultans essentiale totum, ut homo, sed personale & Sacramentale est, nec* prædicatorum *prædicata materialia de toto hic procedunt, quæ in essentialibus totis, ut homo est animal, aliàs procedũt, nec dices, hic Deus homo est animal mortale*, t. 27. 29. Nec *unio ad esse naturale hic facta, ut in Synonymis solet, sed*

præter

præter & ultra naturale. Et horum ratione adhuc de toto composito paronymia magis, quàm Synonymia prævalet. In hoc enim tantùm Synonymia hic valet, Deus incarnatus vel ex Deo & homine constitutus jam est homo. E. ipsi ita compositè sumpto homo de essentiâ est. Vltrà si Synonymian urgeas, in valida absurda præcipitaberis, t. 27. seq. *Quidam Synonyma in complexis accidentalibus locum habere negant, sed incomplexis & primo prædicamentalibus urgenda censent. Vt* Grawerus c. 1. absurd. t. 10. Aliud est, quærere, *qualis prædicatio*, cùm altera natura de alterâ in concreto prædicatur, *ut Deus est homo*, *& homo est Deus, ut τὸ Deus vel homo* non totum *ex Deo & homine jam compositum, unitum, & constitutum notet, ut Christus, Jesus, Salvator mundi, & simile quid*: Sed Deus divinam Verbi seu filij Dei naturam concretè in subsistendi modo suo enuntiatam, *homo humanam naturam in concreto enuntiatam notet, & ipsam duorum conjunctionem exprimat, quid alterum in unione de altero habeat, sicquè in prædicatione enuntiat, ut subjectum & prædicatum non identicè idem suppositum notent, ut* Sholastici *voluerunt*, t. 24: *Sed concretum alterius naturæ, non excluso quidem supposito, non tamen formaliter denominato, sed altera ejus naturâ in còncreto enuntiatâ. Qui sensus constanter in istis prædicatio: à Nostris assumptus & contra* Scholasticos, Jesuitas, Reformatos *quosdam, & similes defensus. Prout* Meisnerus p. 2. Ph. Sob. C. 2. q. 7. Brochmandus L. C. de Chr. c. 13. q. 3. Gerhardus Exeg. d. Christo, t. 160. seq. J. Martini in Log. Keck. p. 554. seq. Weberus in triad. disquis. d. 1. n. 19. seq. Reinbothus d. 3. d. prædic. person. t. 19. seq. 40. seq. *Vbi diligenter id tractat, alijq; ostendunt. Et quomodo jam olim* Scotus 3. sent. d. 7. q. 1. *negavit eas prædicationes per identitatem esse, & formales vocavit*, V. t. 31.

26. De ipsâ enim unione *naturarum ad sese in his enuntiatis quæritur, quid ex eâ & in eâ sint, non habitudine unius naturæ ad totum suppositum ex utraq; jam compositum.* *Et id voce* Dei *notatur, quod incarnatum est. Non autem totum compositum, sed Deus λόγος & Verbum incarnatum est, hoc enim carnem in sese assumpsit, non suppositum ex utroq; jam constitutum.* *Quod* & in illatione Syllogisticâ *conspicitur, ubi naturæ in concreto de se concluduntur, non compositum ex utroq; identicè.* V. t. 25. *Et termini Enuntiationis docent, qui ad minimum* formaliter *distingvuntur, cum in identicâ propositione nec formaliter, nec materialiter distingvi debeant, sed ejusdem significationis esse debeant, ut ensis est gladius, homo est homo. Etsi enim utrobiq;* hypostasis *in Christo connotetur, sive Deus est homo, sive homo est Deus, dicatur, & sic ob hypostasis identitatem homo de Deo, & contrà dicatur:* Aliud tamen formaliter significatum in prædicato dicitur, aliud *in subjecto, & per hoc aliquod discrimen hic adhuc est, & non potest identica propositio esse.* Sic omnia accidentalia *in subjecto conveniunt, illudq; implicant, & tamen quia aliud formale in prædicato dicunt, quàm in subjecto fuit, nullo modo identica dici possunt, ut album est dulce, Philosophus est Medicus, avarus est mendax, quantum est coloratum, fortis est liberalis, & infinita alia. Subjecta enim prædicationum per accidens s. accidentalium semper conveniunt,* 4. Metaph. t. 14. Quod *in Christo est homo, persona est: Sed* quo *est homo, non est persona. Suppositum Christi, quod homo est, persona est. Sed ipsa humana Christi natura in formali significato suo non est persona, sed natura. Hæc autem in Concreto per τὸ homo in personalib. significatur. Non ergò identicæ esse possunt.* Plurib. *alibi hac de re.*

27. Hoc sensu verborum præsuppofito *Enuntiata perso-*

nalia & Sacramentalia ad Synonymos aut essentiales prædicandi modos referri posse negamus. I. Quia modus essendi *essentialis inter unita hic non est, non enim humanitas facta est de essentiâ divinitatis, aut divinitas de essentiâ humanitatis, nec essentialis ex naturâ sui inter eas habitudo aut respectus est, quo sibi subordinari, aut essentialiter de se prædicari velint, sed potiùs contrarium, & sequestrari à se, ac prædicando negari de se debent, homo non est Deus, Deus non est homo, ut homo non est leo & leo non est homo, nisi unio aliqua inter ea ex Theologicis innotesceret, quæ affirmationis in Logicis fundamentum est*, t 7.10. *Et unita sunt incommistè, inconversìm, intransitivè, ut* Græci Patres *olim locuti, ut essentiæ earum distinctæ etiam in unione permanserint, non confusæ sint, aut in sese transierint, & unitæ sint.* V. t. 28. *Sed modus prædicandi fundatur in modo essendi*, t. 8. *E. nec modus prædicandi hic Logicè essentialis esse potest.* 2. Quia *modus prædicandi Synonymicus absolutè & quidditativè de subjecto dicitur. Vt homo est animal, Corpus vivum. Sed modus prædicandi personalis magis in quis, quàm in quid est*, ut Meisnerus p. 1. P. S. p. 185. *loquitur. Et quærendo*, quid quidditativè & essentialiter sit Deus, *etiam in Christo, absurdè respondebis, est homo, non enim hic Dei quidditas est, sed spiritus increatus, vel infinitus aut omnipotens, vel simile quid: Et quid homo in Christo, absurdè dices, est Deus, hoc enim falsum & absonum: sed substantia rationalis s. animâ rationali & corpore humano prædita. Reliqua omnia extra quidditatem hominis, etiam in Christo, sunt. E. Synon: prædicandi modus hic non est.*

28. 3. Quia in *Synonymis prædicatis à Concreto ad abstractum in ijsdem terminis & materialiter sumendo legitima est per conjugata consequentia. Vt, homo est animal, rationalis. E. humanitas animalitas, rationalitas. Album coloratum. E. albedo*

bedo color. Animal sentiens. E. animalitas sensualitas. Videns, audiens, est sentiens. E. visus, auditus, sensus. Materiatum Corporeum. E. materia corpulentia vel corpus. Nec exemplum in contrarium est, modò per voces Latinas abstractum exprimere satis liceat, ubi ὀνοματολογεῖν *pro libertate Philosophicâ licebit, aut alijs vocibus circumloqui. Vt, quantum est materiatum. Non, E. quantitas materia, sed materialitas vel materiatio. Materiati n. abstractum tàm materia, quàm materiatio esse potest. Aqua est elementum. E. aquitas elementitas vel elementeitas. Quomodo* Cicero Appietatem & Lentulitatem *dixit* L. 3 Epist. ad App. ep. 7. Puteanus *Romanitatem*, Or. 3. Scaliger *Corporeitatem* ex. 5. s. 7. *Et vocib. tenebrosis ad significandam lucem uti cogimur, ut* Idem ex. 365. s. 3. *loquitur, de quo plura* in præf. Metaph. *dixi. Sed in personalibus* ista illatio prorsùs non procedit, *& Eutychianos, Monotheleticos, ac Monophysiticos errores introducet. Vt, Deus est homo, & contrà. Non, E. Deitas est humanitas aut contrà. Vnio enim facta ad personam & esse hypostaticum, non naturam & esse naturale ac essentiale. Inconfusè enim & incommistè naturæ unitæ, per assumptionem in personam, non migrationem vel conversionē in naturam: & participationem personalem, non essentialem, nec* μέθεξις *essentialis inter naturas, sed unio extraessentialis est, participationi* κατὰ συνδύασιν *proportione respondens*, t. 27. Conf. t. 29. 30. *E. nec Syn. prædicatio hic locum habet.* 4. Quia *in Syn. prædicatum formaliter sumptum est de essentiâ subjecti formaliter sumpti, ut animal, corpus, substantia, de homine, coloratum de albo, color de albedine, &c. In quid enim de eo prædicantur, quod de essentiâ subjecti esse infert. Sed in personalib. & Sacrament. id prorsùs non procedit. Non n. Deus de essentiâ hominis, aut homo de Dei, nec in quid ad illa respondetur, sed magis quis aut quale quid*, t. 27. 29. 5. Quia

De ulterioribus modis formalibus.

Th. XXIX.

V. QUia *in essentialibus prædicatum prædicati semper est prædicatum subjecti in prædicatis realibus & materialibus*, per Arist. *in antepræd.* t. 6. *Vt homo est animal, & animal est sentiens, vivum, Corpus, substantia. E. & homo est tale quid. Album coloratum. Coloratum est quale, quale est accidentale. E. & album tale. Sed in personalib. id non procedit. Deus est homo. Homo est animal, Corpus, sentiens, mistum. E. & Deus animal, sentiens, Corpus, mistum. Non n. est homo essentiali participatione, sed extraessentiali unione & assumptione. Et homo est Deus. DEVS est Sp. infinitus, æternus, increatus, independens. E. & homo Sp. inf. æt. incr. indep. &c. Nullo modo. Idem in Sacramentalibus est. Panis Cœnæ est Corpus Christi. Corpus Christi est vivum, sentiens, rationale quid. E. & panis Cœnæ tale quid erit. Non sequitur, quia non essentiali participatione, sed Sacramentali communione & distributione est Corpus Christi. Extraessentialis hic est unio, ideò omnia prædicati prædicata de subjecto enuntiari non possunt.* 6. Quia *essentialia* absolutæ & æternæ veritatis *sunt, ab omni tempore & loco, hic & nunc, præscindunt, & perpetuò ac immutabiliter procedunt, æternisq́; ideis in mente Divinâ respondent, sive existant s. non existant. Sic homo, bos, leo, est animal, in æternū verum ac immutabile est, s. existant, s. minus, etiamsi nullus homo, leo, bos, in rerum naturâ amplius existat. Sic post consummationem mundi bruta, plantæ, mineralia, desinent. Verum tamen erit, brutum est animal, sentiens, planta est vegetabile, minerale est*

Corpus mistum, &c. *Et priusquam homo aut brutum conditi fuerunt, essentiales nexus de ipsis veri fuerunt in mentis divinæ simplici intuitu.*

30. *Sed in personalib. & sacram. non ita est, nec ab æterno verum fuit, Deus est homo, sed erit homo, post unionem est homo dicere licuit, ante eam id non licuit dicere, quidam homo est DEVS, nondum n. in Deum assumptus fuit, quod talia enunciata semper præsupponunt, ut quæ in unione fundantur. Vnio a. hæc & assumptio in tempore facta, non ab æterno, quanquam realiter nihil in DEO mutaverit, ut* dec. 1. misc. d. 6. *ostendi. Non ergò enuntiare ita licuit, nisi unione factâ. Sic enuntiata Sacramentalia, Panis est C. C. Vinum sanguis C. usum prærequirunt, Vt rectè contra Pontif. disputatur, Panis n. quem frangimus, Calix, quo benedicimus, ait Apost.* 1. Cor. 10. v. 16. *est communio Corp. & Sang. Chr. Frangere & benedicere reliqua jam requirunt, sumere, edere, bibere.* Usu illo non dato etiam non verum, Panis est Corp. Chri. Vin. Sanguis. *Non n. panis Corpus Christi essentiali unione aut conversione & substantiæ immutatione, ut Pontif. volunt, est, sed Sacramentali & mysticâ communione, in sacramentali usurpatione, extra quam nec unio, nec communio, consequenter nec prædicatio, procedit.* Post finem mundi *cessantib. Sacramentis, fide & spe, & succedente visione, non amplius licebit dicere, Panis est Corpus, Vin. Sang. Quia nec Cœna, nec unio, nec communio, nec prædicatio amplius erunt, omnia cessabunt. In essentialib. autem absolutè in æternum & ab æterno dicere licet, animal est Corpus, planta est viva, nec unionem hæc dicunt, sed essentiam & quiditatem. E. personalia & Sacr. modum prædicandi essentialem non habent.*

Qui

31. 7. Quia *nulla disparata in casu recto essentialiter de se prædicantur, semper extraessentialiter & denominativè, si unione aliquâ concurrant,* ut L. 2. Log. c. 5. *dixi;* & f. 2. t. 6. seq. *plurib. patebit. Sive substantialia, s. accidentalia, sint. Secus essentiali mutatione in se transirent, & una essentia fierent. Sed Pers. & Sacram. sunt disparata, & in ipsâ unione disparata manent, non commista aut immutata fiunt,* t. 28. *Etsi non affirmetur ut disparata, sed ut conjuncta, ut latius alibi docetur.* V. p. 2. t. 11. *E. non sunt essentialia.* 8. Quia ex *ipsis* Scholasticis *& dissentientib. nonnulli id agnoscunt.* Becanus p. 3. Th. Sch. c. 7. q. 2. t. 4. *propositionem illam, DEUS est homo, contingentem dici posse ait, ut τὸ Deus personam Naturæ divinæ notet, non ut personam compositam in utraq; naturâ jam subsistentem notet. Sic n. necessariam esse, ut Christus aut Jesus est homo. Contingens a. prædicatum semper paronymicum. Synonyma n. absolutæ necessitatis sunt,* t. 29. 30. Fonseca 5. Metap. c. 8. q. 7 f. b. *apertè hæc, Deus est homo, Verbum Divin. est homo, contingentes vocat, & essentiales, vel quidditativas esse negat, cum essentiæ & quidditates non hypostasin & suppositum, sed naturam notent. Si n. essentiales, significabitur, Naturam humanam ad constitutionem naturæ & quidditatis divinæ pertinere, quod omni falsitate falsius ait.* Vasquetz p. 3. d. 63. c. 4. *cum* Scoto *negat identicam esse: Sed formalem ait, quod termini enuntiationis, Deus & homo, formaliter distinguantur.* Scotus *olim negavit eas per identitatem esse, & formales dixit,* t. 26. *Et ex illo ut &* Occamo 3. sen. d. 9. *Et* Scotistis *plura horum allegat & sequitur, ut solet,* Johan. de Rada in Controv. Scholast. f. 226. Ex Jesuitis Contzius in Coron. Jubil, c. 33. p. 270. *grandem errorem ait, Deum*

esse genus hominis, & de eo essentialiter prædicari, & absurdum Keckermann. *vocat, quod species infima de individuo extraordinario prædicetur.* Erit igitur essentialis & necessaria, *ait,* prædicatio, *& reciprocè nunc species, nunc individuum, homo respectu DEI & Deus respectu hominis erit. Similia* alii *habent.*

32 4. An accidentalem prædicandi modum habeant? *Sic multi vocant,* t. 11. *Sed si terminus accidentalis* propriè *sumatur, etiam non.* 1. Quia in *prædicabilibus & prædicamentalibus hic saltem procedit, è quib. materiæ personales & Sacramentales non sunt, sed eminentes & extraprædicamentales,* L. 1. Log. p. 1. c. 2. *Terminus a. pro prædicamentalibus inventus & adhibitus non debet ad extraprædicamentalia adhiberi, cum notio melior, adæquatior, & habilior detur. Notio a. quâ datur melior, deponenda, & melior assumenda est, ut primum Intelligentiæ principium organicum habet. Secus non accuratè proceditur.* 2. Quia *si accidentales,* vel *instar proprii,* vel *accidentis prædicabuntur. Tot n. formæ accidentalis prædicabilis,* L. 1. Log. c. 3. *Sed* nec ut proprium, *hoc n. prædicamentale accidens est, homo a. in Christo non accidens, sed substantia est, & extraprædicamentale quid, non prædicamentis contentum aut eò referendum est.* Non n. Christus homo de arbore Porphyrianâ est, *qui humana subsistentiâ semper subsistit.* Nec ut accidens prædicabile, *hoc n. unione per accidens subjecto junctum est, homo a. DEO in Christo per aliud, non præcisè per accidens,* t. 24. Et s. 2. t. 11. *Quæ enim p. accidens, Vulgata, naturaliter nota, & obvia sunt, & directam, naturalem, ac usitatam prædicationem faciunt, ut exempla* Porphyrii *docent, &* Horneius, Reinbothus. aliiq; *deducunt. Hæc a. unio mirabilis, singularis, & inaudita, & naturæ lumine impossibilis judi-*

judicanda est, t. 47. *Et quia melior notio hic datur, meritò ea assumitur. Prædicamentalia n. divinis non immittenda, si generaliora & in abstractione entis procedentia suppetãt, quæ tutiora, qualia Synon. & Parony. sunt*, t. 12. *Per analogiam accidentales dici posse certum est, unde* t. 11. *quidam allegati*. Conf. t. 38. 39. *Tutius tamen generalib. terminis proceditur, qui in abstract. entis ad fin. & infin. valent.* 3. Quia *Christus non est ens per accidens, sed per aliud*, t. 24. Et f. 2. t. 11. E. nihil *per acc. de eo prædicatur, sed per aliud, mirabilem nempè unionem & concursum duarum dissitissimar. Naturarum. E. nec prædicationes de eo propriè accidentales dici possunt.* 4. Quia vel *term. accidentalis latè sumitur, sic idem ac extraessentialis ac paronymus est, & tùm hic tutior ac generalior est*, t. 38. Et f. 2. t. 13. Vel *strictè, & tum vel ut proprium, vel ut accidens prædicatur, quorum Neutrum hic.* 5. Quia *ob Adversariorum cavillationes tutiùs à tali termino abstinetur, è quò uniones externas, leviculas, parastases & adjacentias, Nestorianas distractiones ac divulsiones, illi colligant & deducant, quàm ille adhibetur, quia melior tutiorq; notio datur, quâ hic utaris*, t. 33. *E. & ab accidentalis termino hic abstinendum*. V. d. Opposi. Enunt. f. 2. t. 2. 3. *Et rectè hic* Fonseca in Isag. Phil. c. ult. Et c. 1. q. 7. f. 6. Bonaventura, Durandus, Scotus, Gabriel, *nec accidentales, nec essentiales, nec per se, nec per accidens præd. personales ajunt*, ap. Hornei. l. 1. Inst. q. 19. *Quib. ipse* n. 42. Keslerus *in quadr.* disic. m. 1. proem. Meisnerus, Schæferus, aliiq; *accedunt. Quanquam non omnia argumenta, quæ hic à* Meisnero, Schæfero, Echardo, Hunnio, *adducuntur, magnoperè stringunt, & f. 2. t. 13. solutionem habebunt. Ex Reformatis apertè* Combacchius in Confess. Orthod. de

Chro. t. 40. *unionem in Christo ut ab essentiali & accidentali distinguamus,* hypostaticam *vocamus, ait. Si unio talis, E. &. prædicatio nec essential. Nec accidentalis erit.* 6. Quia *paronymum latius accidentali est, ut* partim *nomen, quod denominativum Latinè sonat, quod latius illo, ut, Ens est unum, bonum, perfectum, alicubi, DEUS est justus, bonus, verax,* partim *definitio, Paronymum est, quicquid Logicè ab alio extraessentialem denominationem habet. Sed accidentale est prædicabile prædicamentale contingenter de subjecto enuntiabile, & quod adesse ac abesse Logicè ab eo potest. Sed Caro Christi à Verbo post unionem abesse nequit, nec Corpus Christi à pane in vero usu Sacramentali, Verba n. Institutionis dispositiva & pactionalia sunt:* Partim *generalitas docent, quà paronyma in abstractione entis procedunt, & extraessentialia sunt, quæ vel naturalia, vel præternaturalia, esse possunt, sub quibus & personalia ac Sacramentalia sunt,* t. 33. *Sed accidentalia in entis contractione ad prædicamentale. Nec scio, an* satis convenienter *ad abstractionem entis formari possint. Cumq́, melior ac generalior notio habeatur, non est, cur incommodiori notione in Theologicis fatigari velimus, in quib. tutiora semper præcolenda. Quâ ratione* Theologis *hunc terminum improbantibus,* V. Mentzerum in AntiMart. p. 276. Keslerum in quadr. disc. Meisnerum, Hunnium, *aliosq́,* V. t. 11. *non dissenserim.*

33. 5. An ergò paronymicum ac denominativum prædicandi modum inusitata habeant? *Ita omninò existimo, & ex hactenus dictis sponte fluit, Consentiuntq́ hodiè pleriq́ Philosophi* t. 11. *recensiti. Patetq́,* 1. Quia *modus essendi hic non essentialis, sed extraessentialis est,* t. 27. *E. & modus prædicandi talis. Modum n. essendi sequitur,* t. 8. 2. Quia *quicquid cum altero*

altero καθ' ἕνωσιν communicatur, prædicatur de illo παρωνύμως, ut Affelmannus d. unione perf. t. 95. Gerhardus exeg. d. Chro. t. 153. 156. aliiq; habent. Et rectè. Quicquid n. non essentia rei est, extraessentialiter, h. e. paronymicè & denominativè de eâ dicitur. Sed homo communicatur DEO καθ' ἕνωσιν, personalem nempè, Corpus Christi pani Cœnæ in legitimo usu per unionem Sacramentalem, non per essentialem nexum Corporis cum pane, aut hominis cum DEO, t. 29. E. paronymice & denominativè prædicantur. 3. Quia unio in Christo & pane facta est non ad naturam & essentiam, sed personam & totum Sacramentale, ut passim Theologi. V. Mentzerum in Anti-Mart. p. 355. Gerhard. c. l. t. 156. aliosq;. Unde nec in abstracto dicitur, humanitas est Deitas, panitas est Corporitas, vel forma panis est forma Corporis Christi, sed concreto, & esse hominem non naturam Dei, sed unionem & assumptionem dicit, t. 28. Nec panis Cœnæ factus natura Corporis Chri. sed communicatio ejus in usu & officio sarcamentali est, t. 30. Seu medium, quo sacramentaliter illud homini in esu panis communicatur, nec esse Corpus Christi naturam in pane, sed Sacramẽtalem unionem ac officium ejus in Cœnâ dicit. E. & prædicatio non est ad naturam & essentiam, sed aliud quid, quod est Paronymicè prædicari.

34. 4. Quia in concreto tantùm hic prædicare licet, non abstracto, t. 33. At talis prædicandi modus paronymus est, nam in Synonymis abstractè prædicatur, ut, Petrinitas est humanitas, t. 28. Si in personalibus interdum abstracta sũt ut Caro est omnipotens, omniscia, vivifica, divinitas est passa, clavis perforata, cruci affixa, Verbum vitæ est visum, auditum, palpatum, 1. Joh. 1. v. 1 sensus semper est concretivus, & Caro in unione, homo Deus & Deus incarnatus intelligitur, non

extra

extra vel citra unionem. Res n. istæ ut in unionis concretione, personalis vel sacramentalis, non extra eam spectantur, ut rectè Brochmand L. c. d. Chro. c. 13. q. 5. Weberus in triad. c. Goclen. d. 1. a. 1. 2. aliiq; *respondent. Sic quâ sonum Grammaticum voces interdùm abstractivæ sunt, quæ quâ sensum Logicum concretivæ, ut, Ens est veritas, unitas, ubietas, duratio, DEVS est misericordia, sapientia, justitia, potentia, pro, Ens est unum, verum, ubicatum, Deus est sapiens, justus, potens. Vt attributa n. ista prædicantur, & sic paronymως, non ut quidditas & synonymως.* Conf. t. 43. Et Tract. d. ess. alic. s. 1. t. 10. seq. 5. Quia *prædicatum prædicati non sequitur hic subjectum in verâ & materiali attributione. Vt homo est Deus. Deus est spiritus infinitus, increatus, æternus. Non, E. & homo talis. Deus est homo. Homo est animal, Corpus, mortalis. Nō, E. & Deus talis erit. Sic in Sacramentalib. Panis est Corp. Chri. Corp. Chri. est substantia viva, rationalis, in filij Dei personâ subsistens, pro nobis in mortem tradita. Non dices, E. & panis est substan. viva, rationalis, in personâ filij Dei subsistens, &c. Nempè quia illa omnia non sunt talia essentiali participatione, in quâ talia prædicata consequuntur,* t. 28. *Sed extraessentiali unione, quæ consequenter prædicationem paronymicam facit. E. & pers. ac sacr. paronyma sunt.*

35. 6. Quia *prædicãdi modus hic potiùs in quale quid, quàm* in quid Logicũ & Logici sensus *est. Non n. Logicè quærendo, quid DEVS etiã in Christo s. Deus verbum sit, dices, est homo, sed sp. increatus, quid homo, nõ, est Deus, sed substãtia rationalis,* t. 27. *Quid panis in Cœnâ? Non, est Corpus Christi, sed massa farinacea ad consistentiam pista, nutricationi hominum destinata.* V. d. Pane, s. 1. t. 5. *Verùm,* quale quid iste panis, rectè *dices, tale quid, quod in vero usu simul communio Corporis Christi est,*

& sic

& sic Ecclesiasticè Corpus Christi dicitur. Quale quid *iste homo in Christo? Tale quid, quod ex unione personali simul verus ac naturalis DEUS est. Sed talis prædicandi modus in quale quid Logicè est paronymus, non synonymus. Quicquid n. non quidditatem rei Logicè dicit, id in genere in quale prædicari Logicus dicit, sive vera qualitas sit, ut esse album, docilem, sive non, sed aliud quid, ut audiri, uri, justum & potentem esse de DEO, verum, durans, & ubicatum esse de ente. Unde* generalissimè omnis modus prædicandi Logico in quid & in quale, Syn. & Par. est, *aut affirmari termini non debent, sed negari. Sed modus præd. magis in quale, quàm in quid, est paronymicus. E. & præd. personalia & sacram. paronyma erunt. Et hoc modo rectè* J. Martini L. 2. Inst. Log. c. 1. *respectum hominis ad DEUM in hoc, Deus est homo, non quidditativum, sed qualificativum vocat.*

36 7. Quia *requisita paronymorum generalium & in abstractione entis procedentium omnia hic sunt. Ut* forma *denominans, Deitas in Deo, humanitas in homine, Caro in incarnato, panitas in pane, & Corporitas in Corpore Christi,* t. 33. Subjectum *denominatum, homo & Deus, humanatus & deificatus,* Denominativum *s. concretum ab alterâ Naturâ concretè denominatum, ut homo à DEO, & Deus ab homine, & diversitas cadentiæ vocis ac significati Logici in denominante & denominato, ut Deitas & Deus, humanitas & homo, Caro & incarnatus, panis & Corpus Christi, &c. Ac denominatio ipsa, operatio Logica ab intellectu Logico expedita, quâ homo Deus, & DEUS homo ex unione aliquâ denominatur. E. & paronyma prædicata hic erunt. A propriis n. requisitis rei ad rem ipsam inferendam legitima est Consequentia.* 8. Quia *præstantes Philosophi & Theologi communiter hodiè hãc sententiam tenent, mystica personalia*

ſonalia & Sacram. jure paronymica appellari. Ex Scholaſticis olim Biel 3. ſent. d. 7. q. uni. humanam Naturam adventitiam perſonæ Verbi dixit, etſi non accidentalem. Nec identidem contingenter & accidentaliter eſſe, quia humanitas non obtigit verbo, ut accidens ſubjecto. Ubi reſpectum extraeſſentialem & non quidditativum Biel omninò conceſſit, quamvis accidentalem vocare noluit, quod & nos nolumus, t. 32. Auguſtinus l. 83. qv. q. 73. tractans illud Apoſtoli, habitu inventus ut homo, habitum in eâ re eſſe ait, quæ accidit vel accedit alicui, ita ut poſſit etiam non habere, & Deum hominem factum ait non formam ſuam mutando, ſed formam ſervi accipiendo, indutus eſt hominem, quem ſibi uniens quodammodo & conformatus immortalitate ſociavit. Hilarius l. 10 d. Trin. Deum hominem factum hominis aſſumptione ait. V. plura ap. Lombardum 3 ſent. d. 6. l. g. Et d. 7. l. a. Ac Patribus uſitata comparatio humanitatis cum veſtimento eſt, quã ap. Eundẽ lit. f. g. c. l. videre. V. Apoc. 19. v. 13. 16. Unde unionẽ perſonalẽ pro extraeſſentiali ac nõ quidditativâ habuiſſe conſtat, conſequẽter modũ prædicandi denominativum ei negare non potuerunt. Nam quod ſuſceptione, aſſumptione, induitione, conformatione, aliquid eſt vel fit, habitudine non eſſentiali illud fit. Quidditativa n. non ſuſcipiuntur vel aſſumuntur, ſed ipſum eſſe & τὸ δὲ τι ſunt, nec ſuſcipi demùm opus habent.

37. Scotus in quodlib. q. 19. n. a. Unionem perſonalem non eſſe per informationem, quæ eſſentialis ſit, ſed ordinis ſit. Idem 3. ſent. d. 7. Logicè loquendo, quando prædicatum eſt extra per ſe intellectum ſubjecti, propoſitionem veram per accidens ait, etſi neutrum extremorum realiter per accidens alteri inſit. Quod a. per accidens verum, extraeſſentiale & non

qui-

quidditativum, & sic etiam paronymus verum est. Et ubi unio est non per se, sed per aliud, ibi & prædicatio enim per se, sed per aliud, esse debet, Vnionem enim sequitur. Et hæc semper paronyma est. Alii Scholastici *prop. hanc, DEVS est homo, & contrà, contingentem dixerunt. Contingens n. personam divinæ naturæ esse hominē. Vt* Becanus, V. t. 31. Alii *terminum contingentis de divinis non libenter ferunt, & propositiones* liberas, *ut & uniones, dicere malunt. Liberè DEVS factus est homo, non necessariò, nisi necessitatem hypotheticam lapsus & redemptionis intelligas, quæ in se vera indifferentia & libertas est. Distinctionis medio fortè res expediri queat.* V. L. 1. Meta. c. 6. *De quo alibi. Quod a. liberum, extraessentiale est. Essentiale n. absolutæ necessitatis & æternæ veritatis est,* t. 29. 30. Occamus l. 3. sent. q. 9. *propositiones pers. accidentales dixit, quia humanitas extra essentiam verbi sit. Similia* alii *magno numero habent.*

38. *Ex recentiorib.* Scheckius *personalia q. per accidens personaliter variis in scriptis dixit,* t. 11. *Cujus scripta* Tubingenses Theologi *probârunt, &* Schec. *eruditè explicuerunt. Idem in judic. de omnipræs. Carnis Chri. ubiq. filium DEI hominem dicit, sed denominativè & non univocè, h. e. humanatum quiddam & incarnatum.* Gerhardus Exeg. d. Chro. t. 171. *concedit, modum prædicandi denominativum generalem & formalem esse, fundatum in primâ entium consideratione, quâ velut sunt, vel insunt, spectantur, quocunq. tandem modo. Etsi modus prædicandi materialis, specialis, & naturalis, non detur, generalis tamen & formalis, denominativus, in illis animadverti possit. Id ipsum Nos volumus,* t. 12 seq. Idem *quod cum altero καθ' ἕνωσιν communicatur, paronymicè de eo prædicari dicit, ut* & Affelmannus, t. 33. *At in Christo id ita est.*

Hutterus L. C. de Chro. *non simpliciter repudiandum docet, quod* Scholastici *inter per se & p. accid. quasi tertium fecerunt, quod quasi per accidens & contingenter vocârunt, & haud ineptè* Bielem *scripsisse, esse hominem contingenter evenire Verbo, nec* Scheckium *in hoc mysterio ab isto termino, q. per accid. abhorruisse.* Idem in Tract. publicè An. 1612. *prælecto prædicationes pers. & Sacram. paronymicas dixit, ut* Gutkius in vindiciis con. Grosen p. 121. *citat.* Grauverus *reductivè accidentales & q. per accidens esse dicit,* c. 1. absurd. t. 9. 10. 14. seq. Et propugn. Antipare. q. 2. t. 25. Schröderus in thron. regal. p. 433. *ait, quæ reipsâ differunt, eorum unum de altero non nisi paronymως efferri potest. At homo & Deus in Christo reipsà differunt, quamvis unita sint.* Brochmand. d. pers. Chri. c. 13. q. 2. *concedit, personales hoc sensu paronymas dici posse, quod in paron. prædicatum extra essentiam subjecti sit. Hoc Nos volumus, & in eo quiescimus.* Affelmannus disp. d. Actor. 20. v. 28. t. 61. *communicationem in Christo non essentialem, sed κα]α συνδυάσιν & personalem ait. At qualis communicatio, talis prædicatio. E. & hæc in personalib. extra-essentialis erit.* Jac. Martini totus *ab hac sententiâ est, locis* t. 11. *citatis. Vt hæc unio in genere unio dicitur, ita & generaliss. modos Logicos prædicationi isti tribui posse ait. Relictis interim specialibus uniendi & attribuendi modis, quales sint, naturales esse, proprios, impro. usitatos, inusitatos, & similes.* Et in præl. in Log. Keck. p. 550. seq. *in personalib. nomen hominis quidem* D E O *tribui ait, sed rationem essentiæ non eandem, cum falsissimè dicatur,* D E V M *esse animal rationale.* Weberus in confut. Lampadii p. 55. *Anima & Corpus, ait, ignis & ferrum, Deus & homo, res differentes sunt, & naturæ diver-*

sæ &

ſæ, & tamen realiter copulantur, quamvis univocè non prædicentur, quia eorum unio non eſt univoca, ſed denominativa. Meisnerus d. 12. Chriſt. t. 2. *perſonales generali ſenſu denominativas dici poſſe concedit, quamvis ſatius abſtineri putet termino, quàm eum adhiberi.*

39. *Philoſophi &* Logici hodierni Synon. & Paronyma *communiter in prædicamentalia & extraprædicamentalia, & hæc in tranſcendentia ac eminentia ſubdividunt, ac ſub his perſonalia ac Sacramentalia comprehendunt. V.* hoc in Gutkio Syn. Log. p. 1. c. 2. p. 70. 120. ſeq. Et d. 2. Log. divin. ut & in diſcurſu pro Log. Peripatet. p. 27. ſeq. Ac Apologiâ diſcurſus p. 119. 120. *Vbi Deus eſt homo, non eſt ſynonymica, ait, ſed paronymica, quod nullus Calvinianor. aſſerit, ſed optimorum quivis concedit.* P. 121. *ait, DEVM ipſum dicere, hanc enuntiationem, Pater eſt Deus, eſſe Synonymam, & hanc, Deus eſt homo, paronymicam, quia nempè veritas connexionum & ſententiarum ipſa rerum veritas ſit, non ab hominib. facta vel inſtituta, ſed animadverſa, ut eam diſcere aut docere poſſint, ut* p. 18. ſeq. diſcurs. *loquitur. Similia* Scharfius *variis in locis, &* Dn. Eiſlerus *habent, qui* t. 11. *allegati.* Scheiblerus c. 34. Top. n. 35. Id *quod voce DEI ſignificatur, nunquam ſignificari voce hominis, & vicisſim, & ſic Deum non eſſe hominem, ut nec taurus leo ſit, nec Deitas humanitas, ſed DEVM concretivè ſumptum hominem eſſe cum connotatione perſonalitatis, in quâ DEVS & homo unum ſint. Hæc manifeſtè paronymam prædicationem inferunt,* t. 33. Keslerus quadr. diſcurs. in proem. m. 1. n. 4. *Prædicationem, Deus eſt homo, accidentalem ait, i. e. talem, in quâ prædicatum de ſubjecto dicitur, cujus eſſentiam non ingreditur, ſed cum quo unitum eſt, ita*

ut extra essentiam subjecti maneat. Sed non talem esse, quia prædicatum non inhæret vel adhæret subjecto, ut accidens aliquod substantiæ, nec ita, ut extrinsecùs levi aliquâ unione conjungantur. Reinbothus *accidentales & paronymicas concedit, si latius voces sumas, nec rigidè Aristotel. sequaris,* d. 4. d. præd. perſ. t. 16. 56 59. *Alius Neoterici sententia* t. 14. *adducta est. Ex* Reformatis Goclenius *etsi ad Synonymas magis eas reducat,* p. 3. *Tamen* Probl. Log. q. 61. *Si sensus sit, filius DEI est homo, h. e. homo factus, incarnatus, humanatus, est, ad parony. præd. congruere ait.* Keckerman. *idem concedit, ratione partium & totius,* L. 2. Log. ſ. 2. c. 3. Et l. 3. ſy. Theolog. c. 2. Becani *Verba &* Fonſecæ t. 31. *adducta sunt. Hodiè* ex Peripateticis *nullam Logicam edi existimo, quæ non huic sententiæ calculum adjiciat. Quæ in contrarium objiciuntur,* ſ. 2. *expedientur.*

40. 7. An nova prædicabilia, ut aſſumptiva, hic prædicandi modus requirat? *Ita* Fonſeca 5. Metap. c. 8. q. 7. ſ. 6. & Horneius l. 1. Inſt. c. 19. n. 44. *Etsi a. sensus aliquis congruus termini dari possit: Datis tamen melioris. notionib. non opus est per plura facere, quod per pauciora expediri potest, & sic generib. specieb. ac differen: assumptivis opus non est.* 1. Quia ſyn. & paron. generalia *& in abstractione entis procedentia dantur, quæ longè superiora generib. & specieb. ad quæ meliùs mystica referuntur, quàm ad nova gen. aut species,* t. 12. ſeq. 2. Quia *terminus generis, speciei, diff. terminus usitatæ & naturalis prædicationis est. Personalia a. & Sacramentalia prorsus inusitata sunt, ut* Horneius & Fonſ. *concedunt. Inusitatum a. non debet ad usitati notionem reduci, si melior & generalior notio suppetat, sed potiùs ab eo abduci & removeri,* t. 32. 3

Qui-

Quia *plura essentialia prædicata dantur, quàm genus, species, differ. Vt substantia est ens, finitum & infinitum est ens, DEVS est Spiritus, Pater est Deus, Filius est DEVS, &c.* V. t. 24. *Non ergò ad istas notiones prædicata etiam essentialia de filio DEI reducere necessum est.* 4. Quia *non sunt propriè essentialia prædicata, eoq; nec ad eorum notiones reducenda, sed potiùs paronymica & extra essentialia.* t. 27. seq. 33. seq. *Nec ergò gen. & spec. assumptivis opus, ad quæ revocentur. Talia n. ad essentialium modum prædicantur.*

41 7. An prorsùs non prædicationes dicendæ sint personales & Sacramentales sensu Aristotelico? *Ita* Reinbothus d. 4. d. præd. pers. t. 3. *Quod om. prædicatio Aristotelica* directa, ordinata, & naturalis *sit, ubi vel superior de inferiore, vel de absoluto connotativus dicatur; Illud esseentialem præd. faciat, hic termini quoad significandi rationem iidem sint, absoluti nempè, quod in connotativis non procedat. Verùm* 1. Aristotelem *latiùs prædicationem sumpsisse, ut quamvis affirmationem notet, s. directam s. indirectam*, patet ex generali Enuntiationis definitione, *Oratio cui verum vel falsum dicere convenit*, d. Interpr. c. 4. *Et affirmatio, enuntiatio, quæ aliquid de aliquo dicit, negatio, En. quà aliquid detrahitur ab aliquo.* c. 6. *Propositio Oratio, quæ aliquid de aliquo affirmat aut negat*, 1. Prior. c. 1. *Non determinavit, quòd directa præcisè esse debeat.* 2. Aristoteles *in demonstratione etiam negantes prop. admittit*, 1. Poster. c. 22 *Cur indirectas à prædicationbus prorsùs rejecerit?* 3. Falsum, *terminos eosdem de se nonnisi essentialiter prædicari. Nam & absoluti termini denominativè prædicantur, ut hircus est cervus, & contrà, leo est pardus & cōtrà, Lapis est columna, æs est statua, quoddã membrũ est caput, oculus, auris*, V. s. 2, t. 7. 8. *Et connotativi inter se ita*

ita prædicantur, ut, Phil. eſt Theologus, fortis eſt liberalis, for
moſus eſt facundus, &c. Quod in poſter. Analyticis indirecta
rejicit, fit, quod ad demonſtrationem ibi reſpiciat, quor
sùm indirectæ prædicationes habiles non ſunt. *Hic n. pro*
poſitiones per ſe requiruntur, non per accidens, quales indirect
ſunt, ut Zabarella l. 1. d. prop. neceſſ. c. 8. *docet. Non qud*
ſimpliciter inter prædicationes ferre nolit, cum verè dicantur,
ut, quod. album eſt lignum, paries, muſicum eſt album, quod
nigrum eſt homo, etſi præter naturam. In formali Logicæ
parte *iſtæ prædicationes benè feruntur, quomodo & ex illis Syl-*
logiſmi in figuris formantur, quarum proceſſum illæ non impedi-
unt, non a. in materiali, *de quâ in* poſt. analyt. *tradit* Ariſto-
teles. *Demonſtrativa n. prædicatio directa & naturalis eſſe de-*
bet. Vt plurib. idem L. d. 4. fig. c. 8. *tradit.*

42. 8. An & ad falſa modus prædicandi Synony. &
Paron. extendi debeat, an verorum tantùm habitudo ſit?
Quidam & ad falſa extendunt, ut Jac. Marti. l. 2 præl. In
Keck. ſ. 2. c. 1. *Et ſi nudâ formalitate ſui ſpectentur, eò ex-*
tendi poſſint. Aliquid n. vel ut quidditas, vel ut non quid. le
re dici poteſt, ſive verum, ſive falſum. Sic homo eſt animal
quadrupes, per Synonymi, Ruſticus eſt doctus, per paronymi mo-
dum, ſi verum eſſet, enuntiatur. Ex fine tamen Logicæ, cui
veritas eſt, *non falſitas,* praxi Logicâ, *quæ notiones ad verum,*
non falſum, accommod re debet, Naturâ conſenſus, *quem Syn.*
& Par. in ipsâ attributione attendere & explicare debent, ac mo-
de ut fundamento eruuntur, t. 10. 17. *Communiq; Logicorum*
ſententiâ ad veram terminorum affirmationem intendunt, fal-
ſaq; non affirmari & conjungi, ſed negari & divelli *debere*
dicuntur, ſi verè cum illis procedi debeat, finiq; Logices reſpon-
deri intendatur.

Conſen-

D. O. M. A.

DE MODIS

prædicandi,

EXERCITATIO IV.

Materiales prædicandi modos repræsentans.

Qvam

PRÆSIDE

HENRICO NICOLAI,

Phil. Profess. Publico,

Placidæ ventilationi subjicit

VALENTINUS BEGGEROVIUS,

Treptoviensis Pomeranus.

In Collegio privato.

Ad diem Julij. s. n.

Horis locisq; destinatis.

DANTISCI,

Typis Viduæ GEORGII RHETII.

ANNO M, DC, L.

Corollaria

1.

AN proprio sensu DEUM causam peccati per accidens dicere liceat? Neg.

2.

An omnia vera sint, quæ de Magis eorumquè actionibus & mirabilibus dicuntur & scribuntur? Neg.

3.

An cum simplicitate DEI consistat, quòd aliquod attributorum DEI discrimen ab essentiâ doceatur? Aff.

4.

An Sol habitualiter ac formaliter calidus sit? Neg.

5.

An rectè DEO corpus aut substantia materiata tribuatur? Neg.

6.

An rectè peculiaris disciplina in Philosophiâ pro moribus & moralibus materiis constituatur? Aff.

7.

An Scriptura in doctrinâ de fide & moribus perfecta sit, an traditione hic opus sit? Post. Neg. Prius Aff.

8.

An in historicis quâ Spirituales materias traditione aliquâ opus sit, ut de libris Scripturæ, autho-

authoribus quibusdam librorum Scripturæ historiâ Ecclesiæ & gestis in eâ sub V. & N. T. plenè repræsentandis, & similibus? Aff.

9.

An Pontificios hoc ex parte quadam juvare possit? Neg.

10.

An Historia Ecclesiastica in habitu Theologiæ pleno repræsentanda sit, an omitti possit? Prius Aff.

11.

An infantes baptisati veram fidem habeant & salventur? Aff. V. Matth. 18. v. 6. Marc. 9. v. 42.

De materialibus prædicandi modis.

Th. XLII.

Consensum enim Synon. & paron. explicant, qui in falsis non est, t. 45. Per accidens *ad falsa applicantur* : Per se & naturâ sui *ac Logices, ut notiones simplices in eruendo vero traduntur. Ita enuntiati veri & affirmati subdivisio in Syn. & paron. statuta* d. 7. Log. t. 27. *Et in genere affirmantis subdivisio dicta est* L. 1. Log. p. 2. C. 2. *Salvâ tamen formalitate terminorum, ne ad verum aut falsum materialiter, ut prædicamentale vel extrapræd. naturale vel præternat. Usitatum vel inusitatum, notionale vel reale, necessarium vel conting. intendatur, quod in modis prædicandi materialib. fieri debet. t. 45. seq.*

43. *Hactenùs de* essentiali & non ess. prædicandi modo. III. Modus prædicandi formalis vel abstractus, vel Concretus est. Abstractus, *qui terminis abstractis & formam sine subjecto denominationis notantibus fit*. Concretus, *qui concretis, & formam cum subj. denominationis notantib. fit. De hoc nota,* 1. Abstractus *non semper est idem cum Synonymico & essentiali, quamvis Synonymus fieri possit in abstracto*, t. 20. *Sed sæpè & paronyma terminis abstractis proponuntur, ut, ens est unitas, veritas, Deus est justitia, sapientia, potentia sua*, V. de Ess. alic. s. 1. t. 22. *Et hic* t. 34. *Et* s. 2. t. 6. *Sic literæ sunt unica literati voluptas, Christus unica mea spes est, verus amicus intima mea voluptas, Inter quadrupedes Canis voluptas ; Et, gloria prima lepus. Ita* sæpè abstracta pro Concretis ponuntur, *ut liberi sunt desideria & gaudia parentum*. Tob. 10. v. 5. *Opes irritamenta malorum, filius sustentaculum & columna domus, firma columna Deus, pater ornamentum familiæ, filius unicum matris solatium, passer delitiæ meæ puellæ, ap.* Catullum, *Habeo ali-*

aliquot nomina in Sardibus, Apoc. 7. *Nec fidum fœmina nomen; Cedant arma togæ; Hoc tota mea facultas est, Omnia paronymως dicuntur, etsi sono abstracta sint.* 2. In prædicatis de *Christo, ubi in abstracto quà sonū quædam dici videntur, ut, verbum vitæ est visum, palpatum, Deitas in carne passa est; Caro Christi est vivifica; sensus tamen semper est Concretivus, In unione enim ea spectantur, & sic enuntiantur, non absolutè*, t. 33. 34.

44. IV. Modus præd. vel finitus vel infinitus est. Ille *qui sub terminis finitis & determinatam rem dicentibus*, Hic *qui sub infinitis & indeterminatam rem dicentibus formatur*. *Vt, Judæi exacerbârunt Jehovam in non Deo, Potest homo non ridere, non loqui, non currere. Exempla plura* d. 2. Log. t. 16. *allata. Reliqua è doctrinâ term. finiti & infiniti pendent, quæ d.* 2. Log. t. 31. *tradita.* V. Vel sub recto, vel obliquo Casu Logico est. Recto, *Vt nominativo, ut, homo est animal.* Obliquo, *ut reliquis omnibus. Vt, quod Dei est, hominis ordinariè esse non potest. Imperatoris est, omnib. Imperatorijs virtutib. instructum esse. Non est boni viri, suspicacem esse. Hæc & similia non à re & materiâ enuntiatâ, sed modo enuntiandi Logicè sumpto sumuntur, & in omnib. materijs generaliter procedunt, nullam materiam Logicam specialem, quæ hic specialiter materia dicitur*, V. t. 45. seq. *requirunt. Eoq; inter formalia recensentur.* VI. Mod præd. vel simplex, vel cōpos: est. Ille, qui *ex simplici Copulatione extremorū, ut homo est corpus*, Hic, qui *ex compositâ sumitur: Vt, homo est animal, & simul rationalis. Si homo est animal, & vivus esse cogitur. Vtriusq; ratio e propos: simplici & compositâ elucescit. De quâ* d. 8. Log. t. 25. seq. *Et in* Comp. Log. L. 2. *plenius actum.* Cœtera, *qui ex terminis magis, quàm modo prædicandi pendent, ex terminorum doctrinâ lucem habere possunt. Cum modus prædicandi i*

qui

quid & in quale dicitur, idem est ac Synonymus & Paron. *Is enim in quid, hic in quale fit,* t. 10. seq. *Qui inde promendus.*

45. Modus prædicandi materialis est, qui ex rerum prædicatarum & attributarum habitudine sumitur, eamq; attendit. *Hic* J. Verus vel falsus f. apparens esse potest. *Prout Enuntiatio vera & falsa in Log. dicitur.* Verus, *qui rei suæ, quam dicit, consentit.* Falsus *& apparens, qui ei dissentit, & veri speciem mentitur. Veritas affectio materiæ & rerum enuntiatarum in enuntiato est,* d. 8. Log. t. 27. *Eoq; modum prædicandi ad eam respicientem materialem esse oportet. Quæ hic quæri possunt, ex divisione enuntiati in verum & falsum patent, &* c. l. *tacta sunt.* Falsus *præd. modus in Log. secundarius est, & primò non curatur, cum fundamentum, essendi modum, non habeat, sed removendi, qui illi oppositus,* t. 10. 61. *Nec fini Logices externo, veritati, respondeat. Adeoq; tantùm* ut divisionis adæquatio exhauriatur, *adducitur, non ut verè Logicus esse intelligatur. Cum modum prædicandi Logicum dicimus, veram prædicati ad subjectum habitudinem inprimus præassumimus, non alienam, quæ nulla est, nisi ubi in veram reformatur, ut cum ex affirmante negans, negante affirmans redditur. Sic Petrus est leo, nullum prædicandi modum habet, sed non est leo, dissentaneum habere debet,* t. 10.

46. II. Modus præd. materialis vel prædicamentalis, vel extraprædicamentalis est. Ille, *qui in reb. prædicamentalibus tali modo spectatis adhibetur, & in illis procedit. Vt finitis & creatis, substantijs & accidentibus, naturâ sui spectatis, quomodo in prædicamentis collocari solent. Huc 5. decantata prædicabilia pertinent, quæ terminos speciales facere in Logicis dictum, & in prædicamentalib. procedere ex parte hic t. 32. 40. adductũ.* Extraprædicamentalis, *qui in rebus extraprædicamen-*

talibus & altiore modo spectatus adhibetur, & in illis procedit.
Hæ transcendentes, eminentes, & deficientes, *dici solent.*
V.d.2.Log. t. 24. seq. Transcendentalis, *qui in materijs*
transcendentib. procedit, quales Metaphysica sunt, ut Ens cum
suis attributis & speciebus. Huc & supertranscendentales, *ut*
quidam vocant, Weger. l. 1. Log. c. 12. *Qualia externa deno-*
minata ex respectu potentiæ alicujus sumpta sunt, ut opinabile,
cogitabile, cognoscibile, Intelligibile, imaginabile, apprehensi-
bile, objicibile, abstrahibile, conceptibile, & quæ similia, quo-
rum maxima pars ad Gnostogiam pertinet, V.d. cogn. hum.
t. 3. seq. Eminens, *qui in eminentib. divinis, & mysticis pro-*
cedit, ut homo est Deus, Deus est spiritus increatus, justus, bonus,
verax, omnipotens, Cœli & terræ Creator, Prædestinator, Justi-
ficator, Glorificator, Deus est incarnatus, inhumanatus, Homo
est deificatus, quæ ex materiâ vulgò inusitata vocantur, de qui
t. 48. Et deficiens, *qui in deficientib. procedit, qualia negatio-*
nes, privationes, entia rationis, ficta, & similia. Ut, cæcitas,
surdities, est privatio, privatio est negatio & carentia, Genus
est notio secunda, Cæcitas est molesta & miserabilis, metapho-
ra est tropus, &c.

47. III. Vel naturalis vel præternaturalis est. Natu-
ralis, *qui de naturali re & processu aliquid dicit. Ut homo est*
animal, bimanus, bipes, &c. Præternaturalis, *qui de re præ-*
ternaturali aut tali processu enuntiat. Hic vel præternatura-
lis tantùm, *ubi processus naturæ communis violatur, vis tamen*
ejus nondum transcenditur, ut, homo est biceps, hircus est Cer-
vus, & contrà, Canis est vulpes, leo est pardus. Huc omnia mon-
strosa & præter naturæ solitum evenientia pertinent: Vel su-
pernaturalis, *ubi vis naturæ transcenditur, ut ferrum in aqui*
natavit, 2. Reg. 6. *Ignis non ussit ustibilem materiam propin-*
qu

què & diuturnè admotam, Dan.3. Cæcus, claudus, paralyticus, verbo è vestigio perfectè sanatus est, Virgo salvâ & illæsâ virginitate peperit. Huc miraculosa & Magica pertinent, ut cum iter 30. milliarium spatio horæ conficitur, res præsens adstantium oculis non videtur, globus sclopeti hominem non trajicit, gladius incussus non transfigit, cutis redditur invulnerabilis, de quib. Tr. d. Magicis plura: Vel Contranaturalis, ubi non sola vis naturæ transcenditur, sed tota natura ex sese nonnisi repugnantiam ac impossibilitatem agnoscat, nec ex se aliter habeat. Vt, Deus est homo, & homo est Deus, quidam panis, ut Cœna, est Corp. Christi, vel Corporis Christi communicatio, quædam aqua est lavacrum regenerationis in verbo, ut in baptismo, quoddam unum essendo est trinum subsistendo, & contrà, ut in Trinitate, ubi natura ex se non habet, nisi ut totum impossibile judicet, V.d. not. nat. c.3. t.9. 11. Hic in divinum, qui in Trinitate, personalem, qui in Christi personâ, & Sacramentalem, qui in Sacramentis procedat, dividi possit, t. 48. Alio sensu etiam Logicis modꝰ prædicandi naturalis & innaturalis dicitur. Ille, cum subjicitur, quod in naturâ subest, & prædicatur, quod in naturâ inest, ut cum superius de inferiore, ut, homo est animal, vel accidens de substantiâ, ut paries est albus, vel concretum de abstracto, dicitur, ut, voluptas est jucunda. Hic cum prædicatur, quod subest, & subjicitur, quod inest, aut abstractum de concreto dicitur. Vt, visibile est homo, hinnibile equus, ambulans est sentiens, quod: jucundum est voluptas. Hinc prædicatio directa & indirecta oritur, cum extrema inversa sunt, de quo d. 11. Log. t. 26. Dec. 1. Miscell. d.7. t.24. Et L.1. p.3. Log, C. 3. dixi. Arniseus divisionem rejicit, quòd ex conditionibus materiæ sumpta sit, L. 2. in Crell. c. 2. Sed ex eâ dividi prædicationem debere, consequenter & modum prædicandi, neces-

sum omninò in Logicis est, & usum insignem habet in arguendo,
discrimen talium observasse, ut Dec.1.c.l.t.21. *ostensum.* Qui-
dam *& ex formâ eam dici posse censent, quod ex aliâ ac aliâ di-*
spositione extremorum sumatur, quæ forma propositionis, u
Scheiblerus d. prop. C. 8.n. 18.

48. IV. Vel usitatus vel inusitatus est. Ille, *qui ad usi-*
tatas prædicandi regulas congruit. Vt cum ad formam prædica-
bilis aliquid prædicatur, aut ad formam definitionis de definito
vel divisionis de diviso, ut, animal rationale vel brutale est.
Propositio affirmans aut negans est, vel similem usitatum mo-
dum. Item cum in tropicis propria pro illis substituuntur, indeq
usitata prædicatio oritur, ut, Herodes est vulpes, h.e. astutus
ut vulpes. Ira est fervor sanguinis circa Cor, h. e. affectus e
fervore sang. circa cor ortus, tyrannus est lupus, h. e. crudeli
& rapax, ut lupus. Hic, *qui ad eas non congruit, sed inusitat*
ac singularis quid continet. Hunc in propositionibus de filio DE
ponunt Philippus l. 1. Dial. p. 20. Et Hunnæus L. 1. Dia
p. 41. 42. *Et* Reformatorum quidam *exclusivè sumi volun*
ut Sacramentalia inusitata negent, ut Goclenius Coll. Theo
d. 5. ap. Scheibl. d. prop. C. 8 n. 59. alijq;. Alij *ne in per-*
sonalib. quidem inusitata agnoscunt, ut Crellius L. 2. Isag. c.
Quanquam ambiguus & obscurus ille, Gutberlethus d. 2. c
Finckl. q. 1. t. 5. Et assert. disp. 2. q. 1. *Sed nec* Melanchto
dicit inusitata non esse alia, quàm de filio DEI: Sed propositionu
de filio DEI non esse alia exempla, quod sanè verum, quia illa d
uno & singulari subjecto procedunt, cujus simile nullum in to
rerum circo reperitur: Et exemplum tantùm maximè insign
adducere voluit, non quòd ullum aliud exemplum dari negâri
Quod in materijs quandoq; facere solemus, ut manifestiora a
ducamus, non interim & in alijs ea esse negemus, ut & ap. A-

rist-

ristotelem *usitatum: Et in* Sacramentalibus ac Trinitate *inusitata occurrere negari non debet. Sic trinum subsistendo est unum essendo, quod certè mysticum & singulare quid est, cui simile tota rerum natura non habet,* t. 47. *Item in materiâ resurrectionis exempla ejus sunt, ut, essentialiter corruptum idem numero reverti debet, cujus exemplum etiam natura non habet, in quà è corruptis eadem specie reducũtur, non numero,* V. d. not. natur. c. 3. t. 17. Buscherus in elench. L. 2. c. 7. *etiam ista adducit, columna nubis erat angelus Domini,* Exod. 13. v. 21. c. 14 v. 16. *Sanguis est anima,* Deut. 12. v. 23. *Columba est Sp. S.* Matt. 3. v. 16. *Verùm* primum *in sacris non reperitur, & si extaret, tropicum esse pateret, quòd in columnâ angelus DEI esset,* Exod. 14. v. 19. C. 23. v. 20. seq. C. 33. v. 14. C. 40. v. 36. Num. 14. v. 14. Secundum *tropicum est, & propriè sonat, Anima vel vita bruti est in sanguine, ut* Levit. 17. v. 11. 14. *explicatur, ubi nihil inusitati.* Tertium *unionem ac apparitionem Sp. S. in columbâ exprimit, & sic inusitati quid proponit. Addi possit ex* Joh. 20. *Christi afflatus est Sp. S. communicatio, ubi unio mystica vicissim innuitur, & sic inusitati quid importatur.* Quidam *& propositiones per concomitantiam addunt, ut* Hunnæus & Scheilerus c. l. n. 61. Ut, *sanitas est proportio 4. humorum, generatio unius est corruptio alterius. Sed hæc omnia* tropica *sunt, & in propria resoluta usitata enuntiata pariunt, generatio unius importat corruptionem alterius, sanitas est vigor ex proportione 4. humorum resultans, in quib. nihil inusitati est. Rectiùs itaq; in mysticis materijs ea assignantur.*

49. V. Vel proprius vel improprius. Proprius, *qui sub proprietate verborum Rhetoricâ & Grammaticâ expeditur, etsi proprietas rei Physica non semper adsit. Ut, homo est animal, Deus est spiritus, Filius Dei genitus est à Patre ante secula,*

Deus est homo, Panis Cœnæ est Corpus Christi, Caro Christi est vivifica. Improprius, *qui sub improprietate verborum Rhetoricâ, ut, sanguis est anima,* t.48. *Christus est vera illa lux,* Joh. 1.v.9. *Vera illa vitis,* Joh.15.v.1. *Caro Christi est verus ille panis de Cœlo,* Joh.6.v.51. *Semen est verbum, ager est Mundus, Meßis est consummatio seculi, Meßores sunt angeli, DEVS Pater est agricola, Zizania sunt filij nequitiæ, inimicus est Diabolus,* Matt.13.v.38. seq. *DEVS est clypeus & magna merces nimis Abrahamo,* Gen.15.v.1. *Petra, præsidium, clypeus, cornu,* Deut. 32.v.15.18.31. 2. Sam.22.v.2. Psal.18 v.2.3. *Sol & clypeus,* Psal.84.v.12. *Deus est circulus, cujus peripheria est ubiq;. Ecclesia est Corpus Christi, est plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimplet,* Ephes. 1. v.23. Ignem gladio ne fodito, per publicam viam ne incedito, Adversùs solem ne mingito, *Stateram ne transgreditor, chænici ne insideto, dextram cuivis ne injicito, annulum angustum ne gestato, cor ne edito, à fabis abstineto, hirundinem sub tecto ne habeto, cibum in matulam non injicito, ad fines ubi deveneris, ne revertito, ollæ vestigium in cinere non relinquito, quod curvos ungues habet, domi ne alito, qualia inter* Pythagoræ *symbola fuerunt, quæ* Plutarchus L. d. educ pueror. Et L. 8. Sympos. q.7. *refert. Sic Nebucadnezar caput aureum statuæ est,* Dan.2.v.28. *Qui facis ministros tuos ignem urentem,* Psa.104.v 5. Hebr.1.v.7. *Septem vaccæ pulchræ & 7. spicæ plenæ 7. anni sunt,* Gen.41.v.26. *Deus ignis consumens est,* Deut.4.v.24. C.9.v.3. Esai.33.v.14. Heb. 12.v.29. *DEVS valdè apud clypeos terræ exaltatus est,* Psal.47. v.10. aliaq;. *Vt sic, talia enuntiata magis Rhetorica, quàm Logica sunt. Resoluta in propria, demùm Logica fiunt,* t.25.

50. Duo *hic quæruntur.* 1. An personalia & Sacramentalia enunt: impropria & tropo affecta sint? *De personalibus*

bus non esse talia, t. 25. *ostensum, Syllogistica enim illatio ex illis propria significata importat. Sacramentalia diversi generis sunt, ut, Poculum est Nov. Testam. in Christi sanguine. Sed in ipsis sacris per clariora explicantur, hoc est sanguis meus N. T.* Matt. 26. v. 28. Marc. 14. v. 24. *Vt dubitandi materies facilè eximatur: Et, Panis est Corpus Christi, pro, est communicatio Corp. Chr. Vel medium, quo in esse Cœnæ Corpus Christi vescentibus communicatur*, 1. Cor. 10. v. 16. *Sed Ecclesiastica, non Biblica propositio est, Nec sensu Reformatorum, ut panis signum Corporis absentis & in Cœlo contenti sit, tropica est, sed Paulino*, 1. Cor. 10. *Vt Corpus pro communione ejus, & sanguis pro communione sanguinis ponatur, quod longè diversum à signo est*, ut Tract. d. Communione Sanctorum *ostendam. Quædam* propria *sunt, quia tropo carent, sed proprietate inusitatâ & mysticâ, non usitatâ & vulgari, ad 5. prædicabilia congruente, etsi paronymis generalibus & in abstractione entis procedentibus adhiberi possint*, t. 12. seq. *Ac de eo genere sunt, quæ exhibitiva propriè appellare solemus, quæ omnib. linguis usitata, & in suo sensu, si subjectum justè resolvamus, verissima sunt, ut* d. 9. Log. t. 26. 27. *dictum. Plurib.* alibi *de hoc.*

51. 2. An propositiones quà dispositionem Logicè impropriæ occurrant, quarum extrema omnia propria sint? *Ita quidam ex* Reformatis *tandem censuerunt, postquam diu de personalib. & Sacramentalib. qualesnam essent, controversati sunt.* Goclenius p. 3. probl. q. 66. *vacillanter, Fidentius* L. 2. Inst. Log. C. 8. Et disp. d. improp. Logicorum attributione anno 1606. *habitâ*, p. 1. Miscell. p. 13. seq. Et Lex. Philosoph. Voce, Prædicari, p. 849. Keckerman. l. 2. Log. s. 2. C. 2. Et L. 3. Theol. C. 8. Zanakius *defensor ejus in* l. 2. s. 2. C. 2. q. 6. Bertius l. 2. Log. C. 6. Alstedius

L. 6. Log harm. C. 13. Bucanus L. C. d. Cœn. Nec prorsùs
alienus est Combacchius de Euchar. C. 11. 12. Quamvis &
tropum Rhetoricum admittat, & ex Vetustioribus jam circa an.
1352. Dialectices quidam Scriptor L. 4. C. 10. ap. Affelmann.
Syncæphal. d. Cœna, t. 18. sic sensit, Ne temerè nova sententia
proclametur, ut Meisner. p. 1. P. S. p. 167. Finckius in Sche-
diasmat. aliiq; faciunt. Et quidam improprietatem Logicam
non tollere Rhetoricam seu tropicam, sed admittere addunt, ut
Alstedi⁹ & Combacchius c. l. Si dispositio impropriè dicatur,
quæ irregularis, anomala, & contra communem rerum ordi-
nem sit, eadem cum inusitatâ erit, & prædicationem impropriã,
h. e. inusitatam faciet, t. 48. Quam Reform. quidam aliàs ne-
gant, & sic quod negant, sub aliis verbis quà sensum iterùm con-
cedunt, ac inconsistentia docent, ut jam Scheibler. c. l. n. 63.
advertit. Quo sensu impropria ratione verborum eadem cum
tropicâ erit, t. 49. Sed Logicè & quà dispositionem impropria,
quæ irregularis & inusitata, propria, quæ usitata ac regularis
erit, quod facilè conceditur, & jam antè à Meisnero c. l. Bu-
schero C. 1. d. impr. attrib. Log. s. 1. Hunnio d. præd. pers.
q. 1. animadversum. Et quomodo Combacchius improprie-
tatem quandam Logicam etiam à suis hic concedi dicit, locutio-
nes enim Sacramentales sapere aliquid à communib. regulis Lo-
gicis recedens, c. l. C. 12. t. 11. Nam in usitatis & sensus, & nexus
extremorum proprius erit. Sed in inusitatis sensus quidem pro-
prius, quia sine tropo, sed nexus improprius erit, quia inusitatus
singularis, & prorsùs extraordinarius. Verùm Reform. it
improprias quà dispositionem proponunt, ut inusitatas negent
omniumq; sermonib. & Authorum scriptis celebratas, frequen-
tatas, nobilitatas, attributiones Logicas irregulares dicant, u
Goclenius gloriatur, ut inconsiderati sint, qui eas inusitata
vocant

vocant, cum in familiari sermone & quotidianis colloquiis frequenter usurpentur, ut Keckerm. *gloriatur. Tales improprias Nos negamus, & omnes tropicas esse dicimus.*

52. 1. Quia si *veræ tales prædicationes sunt, & veram dispositionem Logicè habere eas necesse est. Non enim verũ Logicum sine veri formâ est. Sed si tropum Rhetoricum demas, non habent veram dispositionem Logicam, sed falsam, Logicusq́; talia enuntiata falsa esse ait, & si vera fieri debeant, negativè disponenda ait, ut, toga est pax, amicus est alter ipse, Evangelium est potentia ad salutem, Legatus est Rex, privatio est forma, anima est sanguis, t.* 48. *Si tropus ponitur, jam veram dispositionem Logicam sortiuntur. E. nec sine tropo impropriæ dici possunt.* 2. Quia *si Logicè sine tropo impropria sunt, E. ad aliquam Logicè propriam reduci, & ex eâ regulari ac explicari debent. Sic enim omne improprium ad proprium revocari, & obliquum ex recto judicari debet. Sed in Logicâ nullæ sunt Logicè propriæ, quæ non & Rhetoricè propriæ essent, unde de talib. impropriis judicari posset. E. nec Logicè impropriæ dici possunt, ut Rhetorica improprietas absit, sed omnes in improprietate Rhetoricâ fundantur, & ad talem proprietatem reducuntur, sicq́; à Logicâ dispositione ut veræ admittuntur. Si ergò nulla regula in* Logicâ, *ad quam Logicè irregularis reducatur, nec ratione Logicæ præcisè impropriæ dici possunt. Sic Herodes est vulpes, Logicè falsum est. Si* Rhetor *resolvat tropum, & dicat, Her. e. astutus, ut vulpes, Logicus Logicè propriam præd. agnoscit, nihil de improprietate Logicâ solicitus est, quæ sine Rhetoricâ ratione dispositionis Enuntiatis conveniat.* 3. Quia *nullum probatum ejus exemplum ex Authore adferri potest, sed quæ adducuntur, aut conficta sunt, aut impropria Rhetoricè sunt, & tropum habent, ut inductio ostendit, &* à Meisnero, Statio Buschero,

Jac. Martini c. Log. Keck. Finckio, *aliisq; ostensum est, nec quæ contrà regessit* Zanak. *solidi aliquid important, ut in* Log. *docetur. Nec enim per dispositionem verum esse potest, quod aliàs falsum, cum consensus aut dissensus in re causa veri sit*, t. 8. 10. *Et dispositio verum tantùm promat ac ostendat, non faciat. Quòd si ob dispositionem aliquid sit improprium, quod in verbis est proprium, ut* Idem *regerit; fiet Logicè falsum, quod extra eam fuit verum. Vel enim in impropriis Logicis conceptus respondet rei, & sic improprietas resolvitur in proprietatem, vel non respondet, & sic non improprietas, sed falsitas est. Sed hoc absurdum & contra disciplinam veritatis est, qualis Logica est, quæ ad verum disponere debet, non falsum.*

53. 4. Quia ex *ipsis* Reformatis *vanitatem sententiæ quidam agnoscunt. Sic* Timplerus *apertissimè improprias ratione dispositionis in se, rejicit, quòd omnis improprietas sit in verbis, non rebus, & sic nec in rerum dispositione. Olim hanc sententiam à se* Keckermannum *hausisse. Sed se re meliùs expensâ falsam eam deprehendisse, ut* L.3. Log. C.3 q.9. *loquitur.* Goclenius in Miscellan. p. 1. p 34. *dare se velle ait, in multis impropriis Logicis esse tropos Rhetoricos, metonymias, metaphoras, metalepses. Et* p. 39. *non se contendere velle cum Rhetore dicit, in his, Justitia est constans voluntas, ventus est aër agitatus, sonus est aër laceratus, metonymias hic esse affirmante; sed sententias ita diversas esse, ut à consociatione non abhorreant. Hæc autem enuntiata omnes tropica agnoscunt. Supervacua ergò hic quà dispositionem Logica improprietas.*

54. Dices I. Supra t. 33. *Personalia & Sacramentalia ad paronyma reducta. E. aliquid regularitatis habere possunt in Logicis, quorsùm reduci possint.* R. Paronyma *in formali procedunt, non materiali, & tàm in proprio, quàm improprio, na*

turali & præternaturali, usitato & inusitato, & in genere in abstractione entis esse possunt, t.12.seq. Non præcisè Logicam dispositionem impropriam important, sed ad eam & propriam naturâ sui indifferentia sunt, t.49. Sed Logicè impropria tantùm ad impropria arctantur, & propria esse negantur, ac in materiali enuntiatorum divisione à Keckerm. Alstedio, Bertio, aliisq; adducuntur, quod non paronyma, quæ affirmationem veram in universum cum Synonymis exhauriunt. Unde magnũ inter ea discrimen. 2. Figura conoides turris in totâ turri est, non ullâ ejus parte. Sic & improprietas in totâ propositione, & consequenter dispositione esse possit, etsi in nullâ parte in specie ostendi queat. Ita Pareus. R. Et hic longè diversa ratio. Improprietas propriè vocum est, & Rhetoricæ committitur, non habitudinum & formarum rationalium, quas Logicæ addicere solemus, t.52. Nisi pro inusitato improprium sumas, t.51. Ubi tamen fundamentum etiam à rebus combinatis, & sic materiâ enuntiati, non formâ, maximè sumendum erit, t.48. Figura autem Conoides & omninò omnis in corpore figurato, instar formæ est, ac in configuratione turris ut artificiosi Corporis propriè forma ejus est, non materia. Figuratio enim in artificialib. pro formâ ponitur. Nam quod in vivo externa forma, id in artificioso figura est, ut è Logicis & Metaphysicis notum. Verùm tropus & improprietas hactenus communiter materiæ enuntiati assignata est, non formæ, ad quã dispositio pertinet, quæ prop. pro formâ est, d.8.Log.t.2. Unde non improprietas ita illi assignanda, ut vocum & materiæ esse negetur, t.52.53. Deinde figura est pro formâ turri, sed in certâ materiâ, non exclusâ eâ. Est enim modus in materiâ turris ad certam formam redactâ. Sed Reformati ita dispositionem impropriam faciunt, ut materia relinquatur propria, non voces tropicæ fiant, t.51. Et figura est in omnibus turris partibus simul sumptis. Ita & im-

improprietas diſpoſitionis in omnibus enuntiati partibus ſimul
ſumptis, tàm materiâ, quàm formâ, erit, quod illi etiam non
admittunt. Itaq; Comparatio iſta ad rem non quadrat. Et
diſpoſitio alicujus modi in figura Logicâ, ut Darapti, Felapton
eſt forma modi iſtius, materia propoſitiones ſunt. Sed impro-
prietas in propoſitione nec forma, nec materia ejus eſt, ſed
accidens in materiâ, ut & hic comparatio vix procedat. Reli
qua in Logicis plurib. diſcutienda.

55. VI. Modus prædicandi neceſſarius & Contingen
eſt. Neceſſarius, qui in terminis neceſſariò nexus fit, ut nun
quam disjungi poßint. Vt, Deus eſt Spiritus, homo eſt Corpus
Contingens, qui in term. contingenter cohærentibus, ut disjun
gi poßint, ut Poloni ſunt furaces, Germani bibaces, Græci falla
ces, Cretenſes mendaces, &c. Huc omnia principia probabili
pertinent, ex quib. probabilis illatio contexitur, de quib. in Topi
cis. V. L. 2. Log. C. 3. VII. Subſtantialis & accidentali
eſt. Subſtantialis, qui ſuper ſubſtantiam in ſe & naturâ ſu
ſpectatam fertur. Accidentalis, qui accidentia ei ſuperject
aut accidentales ſubſtantiæ ſtatus vel conſiderationes dicit. Si
in illo, Caro Adami eſt caro Chriſti. Caro Adami eſt peccatrix
E. & Chriſti, Major de ſubſtantiâ & eſſentiâ carnis tantùm
loquitur, de quo vera eſt, non autem de quovis ejus ſtatu au
accidentali concurrentiâ: Minor accidentale quid & ſtatum
accidentalem ſubſumit, peccatricem eſſe, quod ad ſubſtantiam
carnis Adami ut ſic, non pertinet. Sic, quæ membra in infanti
habuiſti, ea & jam habes. Exigua & puerilia in infantiâ ha
buiſti. E. & talia jam habes. Quam carnem emiſti, comediſti
Crudam & incoctam emiſti. E. & talem comediſti. Quem pan
num emiſti, induiſti. Rudem & inconſutum emiſti. E. & talem
induiſti. Quem animum infans habuiſti, & jam habes. Rudem

ine.

inexpertum, & incultum infans habuisti. E. & talem jam habes. Quæ *caro Christi in cruce pependit, in Cœnâ manducatur. Visa, palpata, vilis, mortalis, & ingloria in cruce pependit. E. & talis in Cœnâ manducatur.* Quod *pro nobis in mortem traditum, & in cruce effusum, id editur & bibitur in Cœnâ. Visibile & tactile tantùm Corpus pro nobis traditum. E. visibile & tactile tantùm in Cœnâ comeditur.* Majores *de substantiâ rei loquuntur*, Minores *accidentales status subinferunt.* Corpus *Christi vivificum est adorandum. Panis Cœnæ est Corpus Christi vivificum. E. adorandus.* Major *de substantiâ Corporis in sese & naturâ sui loquitur, quà filii Dei proprium Corpus est*, Minor *non de substantiâ & naturâ panis subsumit, quid ex eâ sit, quomodo subsumere debebat, sed Sacramentali officio, quid ex eo in Cœnâ sit, quòd nempè Corp: Sacramentalis communio sit, & sic Corpus Christi appelletur.* Et in universum illatio non procedit, cum modi prædicandi confunduntur. *Vt cum* Major *essentialem, personalem, naturalem, usitatum, prædicamentalem, Grammaticum*, Minor *extraessentialem, Sacramentalem, præternaturalem, mysticum, singularem, inusitatum, extraprædicamentalem, aut realem prædicandi modum habet, ut* Dec: 1. Misc: d. 7. *ostensum. Et hic* t. 58. 59. *uberiùs patebit.*

56. VIII. Modus præd. est notionalis & realis. Notionalis, *qui ad notiones secundas respicit, earumq; respectus attendit & enuntiat. Vt, animal est genus, homo species.* Realis, *qui res ipsas earumq; naturas respicit, & earum habitudinem dicit. Vt, animal est Corpus sensitivum, homo animal rationale. Cum hi modi in inferendo confunduntur aut permiscentur, etiam non legitima illatio est, ut* t. 59. *constabit. De notionalis definitione minùs adæquatè à nonnullis formatâ* D. 14. Log. t. 12. *dictum.* IX. Modus prædic. obscurus & clarus,

cer-

certus & dubius est. Obscurus, *qui sensum obscurum habet, ut, sanitas est Symmetria, numerus bestiæ est 666. Motus est actus entis in potentiâ. Huc* Pythagoræ *ænigmata pertinent*, t. 49. *Item Sphyngis, aliaq́. Sic, Aio te Æacida Romanos vincere posse.* Clarus, *qui apertum, ut Deus est Spiritus, homo animal.* Certus, *qui sensum certum habet. Vt bis 2 sunt 4.* Dubius, *qui dubium. Vt, Cras pluet, Fures sunt suspendendi, Optimum Ecclesiæ regimen est Monarchicum, Hæretici capitali supplicio sunt afficiendi.*

57. *Hactenùs* divisio *modorum prædicandi ex formali & materiali sumpta. Succedant* affectiones & attributa ejus, *quæ eis inesse & competere queant. Qualia* generalitas, vis, utilitas, necessitas eorum in Logicis, *& in arguendo* habilitas *esse potest.* De arguendo duo *sequentia inprimis memoranda, cum reliqua facilè ex hactenùs tractatis liqueant.* I. Modus prædicandi sequitur modum essendi vel materialem & realem, vel formalem & distinctæ considerationis. Realem, *cum in re ita se habet, ut modus prædicandi enuntiat. Vt homo est animal, animal est corpus vivum.* Formalem, *cum in certâ aut distinctâ rei consideratione vel statu ita se habet ut dicitur. Vt, homo est species, vox masculini generis. Attributa DEI & entis distinctè spectata non sunt essentia ipsa, sed aliquid ejus & in eâ.* V. L. 1. Log. p. 2. C. 1. *Et* Dec. 1. Misc. d. 4. t. 11. seq. *Quidam homo est DEVS, & vicißim, quidam ignis non ußit ußibilem & propinquam materiam, quoddam ferrum innatavit aquis, quid: hircus est cervus, & contrà* V. s. 2. t. 7. seq. II. Mutato modo prædicandi & genere prædicationum in argumentando, nulla formalis est consequentia, *quicquid de materiâ sit, ubi materialiter sine bonitate formæ procedi potest. Et valet hoc de mutatis prædicandi modis* formalib. & materialib. *in universum.*

58. For

De rationibus contra modos prædicandi.

58. FOrmalibus, ut synonym. & Paronymicis. *Vt homo est animal rationale mortale. Deus in Christo est homo. E. D. i. C. e. an. rat. mort.* Major *est synonymica,* Minor *paronymica,* t. 29. 33. *Corpus Christi est Corpus vivum sensitivum. Panis Cœnæ est Corpus Christi. E. Corpus vivũ sensitivũ.* Major *est essentialis,* Minor *extraessentialis & sacramentalis est. Res visibilis non est spiritus vel angelus. Quod apparuit Lohto* Gen. 19. *fuit res visibilis. E. non spiritus vel angelus.* Major *est per se,* Minor *per accidens.* Abstractis & Concretis. *Vt, Malum nõ est à DEO creatum. Cor hominum est malum. E. non à DEO creatum. Deus est ipsa essentia divina. Homo in Christo est Deus. E. ipsa essentia divina. Potestas Creaturæ est accidens. Primogenitus est patris potestas,* Genes. 49. ℣. 15. Deut. 21. ℣. 17. *E. est accidens.* Finitis & infinitis. *Vt, Essentia DEI in Patre est generans. In filio est non generans. E. quoddam non generans est gen. quod Contradictorium.* Rectis & Obliquis. *Vt, homo est animal. Pileus est hominis. E. pileus est animal. Equus non est homo. Petrus est aliud ab equo. E. non homo, vel aliud ab homine.*

59. Materialibus, Ut veris & falsis. *Vt, Om. homo est rationalis. O. Canis est ho. E. O. Ca. e. rat. Hic Minor falsa est.* Prædicam. & extraprædicam. *Vt, O. homo est subsistens humanum. Christus est homo. E. subsistens humanum.* Major *prædicamentalis est, & de homine prædicamentali loquitur.* Minor *mystica & eminens est, & Christus homo non de prædicamento substantiæ est, quia non in subsistentiâ humanâ, sed DEI Verbi est. Bonum est qualitas, unum quantitas. Ens est bonum & unum. E. qualitas & quantitas.* Major *de uno & bono prædicamentali in*

quali & quanto loquitur, Minor *de uno & bono transcendentali.* Naturalib. & præternaturalibus, *Vt, Om. aquis innatãs leve est. Ferrum aquis innat. E. leve fuit.* Major *naturalis*, Minor *præternaturalis & miraculosa est.* Usitatis & inusitatis. *Vt, Caro est Creatura DEI corporea. Verbum est caro. E. Verbum est Creat. DEI Corp.* Major *usitata*, Minor *inusitata & personalis est. Corpus Christi pependit in Cruce. Panis Cœnæ est Corpus Christi. E. panis pependit in cruce.* Major *est regularis*, Minor *inusitata & Sacramentalis.*

60. Propriis & impropriis, *Vt, Qui ad dextram alicujus sedet, in loco sedet. Christus ad dextram Patris sui sedet. E. in loco sedet.* Major *de sedere proprio*, Minor *de tropico & improprio loquitur.* Necessariis & contingentibus. *Vt homo est animal. Homo est mortuus. E. mortuus est animal.* Major *necessaria*, Minor *contingens est. Leo est corpus sentiens. Quædam notio Logica est leo, ut species. E. quæd. notio Logica est Corp. sentiens. Minor contingens est, notio enim secunda, ut Logica species, cum notione primâ, qualis leo, accidentaliter cohæret.* Substantialib. & accidentalibus. *Vt, Quod Corpus in infantiâ habuisti, idem jam habes. Tenellum & exiguum Corp. in inf. hab. E. idem iam habes.* Major *de substantiâ rei ut sic*, Minor *de quantitate & qualitate, adeoq́ accidentibus subsumit*, V. t. 55. Notionalib. & realibus. *Vt, Animal est Corpus sentiens. Quædam vox trisyllaba, Nominativi casus, Masculini generis, est animal. E. quædam vox est Corpus sentiens. Leo est Corpus vivum. Quædam notio Logica est leo. E. q. n. L. e. C. sent. Mus rodit caseum. Mus est monosyllabum quid. E. monos. quid rodit Caseum.* Major *realis*, Minor *notionalis, Grammatica & Logica, est.*

61. Ita modus prædicandi per requisita & species suas traditus sit. Oppositum ejus modus removendi *esse possit, ubi* prædi-

prædicare strictiùs pro affirmare sumatur, ut interdùm sumitur. Latiùs sumptum eundem comprehendere queat, ut t. 10. monitum. Ex fundamento terminorum dissentaneorum hic modus sumendus, formandus, explicandus est, eoq; indè de eo maximam partem judicandum. Ex enuntiandi modo Contrarius & Contradictorius, Ex materijs enuntiatis diversus, disparatus, & oppositus, esse potest. Quæ quia in Logicis disp. explicata, specialiter etiam Tract. de Oppositione ampliore deductione repræsentata, hic uberiùs tractari nil necesse habent. Alibi fortè ad repetitionem produci poterunt.

SECTIO POSTERIOR.

De dubiis ac objectionibus, quæ nonnullis prædicandi modis obverti possunt.

THESIS I.

Quod in Medicis usu venire videmus, Ut Nemo munio satis defunctus censeatur, qui Naturam hominis quidem roboret, sed infestantis morbi curam non gerat, qui subindè velut corporis hostis assultet & conficiat, ut appropriatis ille solvatur ac conteratur: Idem in discussionib. rerum observandum, Ut nō tantùm propria sententia adstruatur: sed & opposita ratio habeatur, firmamenta ejus inquirantur, adducantur, pensentur, resolvantur, ut pro specie, quam ferunt, rem præstare, quā debent, non posse intelligantur. Quicquid de authoritatib. hominum sit, quas relinquere, & rationes præferre Philosophi interest, l. 1. t. 1. Ac quantum gratiæ aliis habendum, ob diligentiam & sedulitatem, quam in vestigando adhibuerunt: Tantum solidis ingeniis libertatis est retinendum ad iudicandum, ob veritatem, cum Scaligero ex. 157. l. 1. Quo in negotio Aristoteles aliiq; veritatis

Philosophi partim præjerunt, partìm futura secula eundem libertatis spiritum eripi sibi non patientur, sed asserent, & in usum admovebunt. Vt credibile Sapientibus esse debet.

2. *Quæ modis prædicandi obverti queunt, quædam* generaliter omnibus, *quædam* specialiter *nonnullis opponi queant.* Generaliter *omnib. sequentia obvertas. Dices* 1. Tota hæc doctrina *ex doctrina terminorũ in parte* 1. *Logices desumi potest, Vbi termini consentanei & dissentanei, synonymi & paron. abstracti & concreti, prædicamentales & extraprad. finiti & obliqui, &c. dicuntur.* V. L. 1. Log. p. 1. C. 2. *E. non opus speciali modorum prædicandi doctrinâ.* R. Antecedens falsum est, *& magna inter terminos & hanc doctrinam differentia est. Termini à prædicatione abstrahunt, & aptitudinem tantùm ad eam important. Hic* actualis prædicatio ejusq; modus *intenditur. Termini prædicamentales esse possunt, ut modus prædicandi extraprædicamentalis sit. Vt, ferrum supernatavit aquis,* f. 1. t. 47. *Vbi ferrum, aquæ, supernatare, prædicamentales termini sunt: sed modus prædicandi extraprædicamentalis & miraculosus, non naturalis est. Sic virgo peperit, termini in se naturales & prædicamentales sunt, virgo, & parere: sed conjunctio & inde nata prædicatio supernaturalis est* c. l. *Sic cæcus videt, surdus audit, &c. Sic de substantiâ, quæ summum genus in prædicam. subst. quædam extra compositionem prædicamentalem dicuntur, ut, est ens, aliquid, unum, verum, bonum, intelligibile quid, ubi prædicandi modus extraprædicamentalis.* V. d. 3. Log. t. 21. *Terminus tantùm pro apprehendendo est, sed modus prædicandi pro enuntiando. Sæpè vitium in terminis ostendi non potest, & in modo prædicandi latet, ut cum naturalis & præternaturalis, similesq; commiscentur,* f. 1. t. 59.

3. 2. Multi modi formales *ex terminis sumuntur, ut abstracti, concreti, synonymi, parony. recti, obliqui, ut* s. 1. t. 10. 43. 44. *visum. E. malè formales vocantur.* R. Non sequitur, *quia non ex terminis nudè in se, sed in habitudine attribuendi spectatis sumuntur, omnibusq́ materiis Logicis, quas* specia- les *vocare solemus, ut prædicamentales & extrapræd. necessarias & contingentes, substantiales & accidentales, notionales & reales, applicari possunt, quod indicium* formalis habitudinis cujusdam *est, cum materialia tantùm suis materiis se applicari patiantur, non universìm omnibus. Synonyma ac Paron. essentialem aut extraessentialem habitudinem prædicatorum ad subjecta, abstracta & Concreta, finita & infinita, recta & obliqua, modum ac formam prædicati de subjecto, sub quâ illud de hoc dicatur, involvunt, cum alia forma sit sub recto & abstracto, alia sub obliquo ac concreto de aliquo dicere, multaq́ in obliquo & concreto verißima sint, quæ sub recto & abstracto falsißima,* V. s. 1. t. 28. 58. 3. Modus prædicandi *apparens hic omissus.* R. Continetur *sub falso, qui* s. 1. t. 45. *traditus. Sed secundarius in Log. est, non primarius, eoq́ non ita specialiter deducitur, ut ille, sed tantùm, ut à Sophistâ eum adhibente cavere discamus,* D. 15. Log. t. 3. 4. Si modus prædicandi *abstractus & Concr. finitus & infin. Rectus & obliquus, hic proponendus, cur non & substantivus ac adjectiv. Reciprocus & non reciprocus, Categorematicus & syncat. Incomplexus & complexus, positivus & negativus, dicatur ac proponatur, cum æq́ termini tales in Log. proponantur, ac abstr. & concr. Recta & obliqua?* R. Substantivum & adjectivum *nihil* Logici *in se habet, sed tantùm Grammaticum est, eoq́ in Log. proponi non debet. Perindè ac nec Masculinum, fœmin. aut neutrum nomen, comparabile aut incompar. declinabile aut indeclinab. Quæ ad*

*sermocinandum facient, ad ratiocinandum parum aut nihil proficient, nec habitudinem ejus dicent. Reliqua tantùm nudos terminos dicunt, quales subjecta & prædicata sint, non a. habitudinem prædicandi unum de altero simul involvunt, quod no*stra *faciunt. Eoq; in hac doctrinâ omitti potuerunt.*

4. 5. Si hæc doctrina *alicujus momenti, cur non distinctè & specialiter in Logicis proponitur, sed à plerisq; omittitur?* R. Hoc *cum multis aliis materiis commune habet, quæ à* Logicis *omittuntur, quibus usum ac momentum propterea non denegamus. Sic doctrina Synonymorum & Paronymorum, Consentaneorum ac dissentaneorum, distinctè repræsentata à plerisq; Logicis vetustioribus omissa est, & vix à spatio 50. annorum distinctè inter terminos partis 1. Logicæ tradi cepta est. Sic prædicabilia & prædicamenta* Ramei, *terminos dissentaneos plerisq;* Aristotelei *ante hac, Doctrinam de Syllog. elenchtico* Ramei *& quidam* Aristotelici, *de methodo* Valla & Aristotelei *quidam in Log. omittunt, ut* d. 3. 4. 5. 16. Log. *ostendi, quæ tamen magni usus esse constat, ut omitti non debeant. Simile hic cogitandum. Sic doctrinam de Syllog. composito* Aristoteles *& alij omittunt, ut* d. 11. c. l. *dixi, & tamen utilis ea.* Non quid fiat à Scriptorib. sed quid fieri debeat, attendendum. *Sic omnes scriptores Theologiæ in Systematib. Theologicis historiam Ecclesiasticam omiserunt, & tamen utilissima ea in Theol. doctrinâ, & ad plenum Theol. habitum omninò necessaria, ut sine eâ habitus mancus ac mutilus sit. Et quidam* Logici *mentionem modi præd. faciunt, cum modum prædicandi sequi modum essendi in prop. doctrinâ ajunt.* V. Scharfium L. 1. Log. tr. 1. C. 1. Et L. 2. C. 2. Hunnium Can. Log. C. 1. t. 86. seq. Scheiblerum d. prop. C. 13. aliosq;. 6. Potiùs *hæc doctrina variis implicationibus ansam suggerit, quib.* Adversarii *ad sua*

suas hypotheses abutuntur, inprimis ubi ad Theologica applicatio instituenda, undè varia pro se corradunt, & controversias amplificant, ut de Synonymo, Paron. abstracto, concreto, &c. E. *potiùs hæc doctrina noxia, & sic omittenda est.* R. Totum hoc *ex abusu & malitiâ Adversariorum est, non naturâ doctrinæ, & consequenter ob id doctrina ipsa non reprobanda. Sic Scripturâ, Philosophiâ, principiis Logicis, Physicis, Metaphysicis, variè hæretici abutuntur, ut* in Coron. Log. Et d. 7. 8. 9. 10. Miscell. *ac alibi ostensum. Non ob id principia damnantur, aut doctrinâ eorum abstinetur, sed inculcantur, defenduntur, & abusus ab usu secernitur. Idem hic agendum. Et licet terminis abutantur hæretici: quia tamen utiles in variis materiis ad varios distinctos conceptus de spiritualibus formandos sunt,* ut s. 1. t. 12. seq. Et s. 2. t. 6. seq. *patet, retineri magis in Logicis, quàm reÿci debeant. Sic enses, cultros, vinum, nemo ob abusus reÿcit, sed retinet & usurpat. Sic Causas, principia, naturas, personas, conditiones, requisita, Sacramenta, in* Theologicis *retinemus, utcunq; Adversarÿ dolos ex istis nectant, quos detegimus, terminos liberamus & defendimus, non ob id damnamus & reÿcimus. Sic Sole & astris Idololatræ ad idololatriam abusi. Nemo ea ob id damnavit, sed homines ad eam detorquentes.*

5. Specialiter *modis prædicandi his aut illis aliqua obÿciuntur. Contra* paronymos in mysticis, *ut divinis, personalibus, & Sacramentalibus, varia obÿciuntur, quorum quædam hic solvenda, ut veritas sententiæ* s. 1. *statutæ clarior evadat.* Dices 1. Nullum inusitatum debet ad speciem usitati reduci. Contraria n. sunt, usitatum & inusitat. *Sed contrarium non reducitur ad contrarium suum, ut infinitum & increatum non ad finitum & creatum reducitur, quia opposita*

ejus.

ejus. Sed Synon. & Paron. sunt species usitatorum terminorum, ab Aristotele in prædicamentalibus materiis eò adhibita, passimq; in Logicis ita proposita. E. non ad ea inusitata reducenda. R. 1. Nullum inusitatum *ad speciem usitati,* quod scil. tantùm usitatum est, *& generalius formale ac abstractionem non habet nec admittit, nec ultrà, quàm ad usitata, extendi potest, reduci debet, benè tamen ad* illud, quod generaliùs extendi, *& in abstractione entis repræsentari ac valere potest.* *Et tale quid* Syn. ac Parony. *sunt, quæ non tantùm in naturalibus & usitatis, sed & præternaturalibus ac inusitatis ut adhibeantur, formalem aptitudinem habent, ut* §. 1. t. 12. seq *ostensum. Sic prædicabilia & prædicamenta tantùm pro usitatis sunt, nec ultrà se abstrahi patiuntur. Ad ea ergò inusitata non reducimus. Sed* Syn. & Par. *inter terminos* generales *sunt, non speciales, ut* §. 1. *patuit. Vltrà ergò, quàm ad sola naturalia, adhiberi possunt. Et sic* Minor falsa, *tantùm usitatorum ea species esse, etiamsi* Aristoteles *ultrà ea non adhibuerit, cum de mysticis, qualibus nos ea adhibemus, ille nihil cognoverit.* Logicus a. Christianus *quia longè plurium notitiam habet, à gentilis, debet notiones quasdam ad abstractionem entis conformare, cum generalis disciplina Logica sit, omnibus scientiis, etiam Theologiæ, inserviens, non specialis, & in naturalibus tantùm adhibenda, ut in* disp. Log. & dec. 1. Misc. d. 11. *dictum. Sic homonyma, distincta, abstracta, concreta, finita, infin. Recta, obliqua, complexa & incomplexa, in creatis & increatis, usitatis & mysticis, adhibemus, utcunq;* Aristoteles *nihil de illis habeat, vel naturalibus tantùm adhibuerit. Cur non* Synon. & Paronymis *idem præstemus. Christianus enim Logicus, ubi novas &* plures res videt, plures terminorum abstractiones & generalitates meditari, in ultimatâ abstracto-

ſtractione eos ſiſtere & dijudicare, formalem rationem accuratè inveſtigare, *quidditatem conſtituere, poſitiones eorum ampliare, analogiam attribuendi attendere, & ubi opus, analogicam applicationem inſtituere, ab imperfectionib. accidentalibus aut materialibus ſeparare, & ſic formatos vel reformatos pro analogiâ conceptuum, diſtantiâ rerum, divinorum puritate, perfectione, & eminentiâ inferre debet, ut* latiùs *alibi docetur. Jam Synon. ac Paron. iſta omnia admittunt. Vltrà ergò, quàm ad ſola naturalia, ea competenter extendi & adhiberi nihil miri eſt.* 2. Si nullum *inuſitatum ad uſitatum quid reducendum, nec myſtica Enuntiata affirmantia, ſimplicia, pura aut modalia, exponibilia, ſingularia, neceſſaria vel contingentia dicere licebit, hæc enim primitùs* pro uſitatis *inventa, & ad ea adhibita, nec ab* Ariſtot. *ultrà extenſa fuerunt. At omnes* Theologi *talibus terminis inuſitata enuntiata denominant, nec quicquam ſuper eo ſolicitos ſe tenent. Vera, ſimplicia, pura, ſingularia, omnes appellant. Si nihil horum hic feras, ne propoſitiones quidem vel prædicationes dicere licebit, quod contra communem uſum eſt, quem omnes adhibent.* Si aliqua operatio *enuntiativa de inuſitatis enuntiatis, aliquos terminos dare oportat, quib. ea denomines.* 3. Diſtinguenda uſitata ſunt. Quædam *ad hæc tantùm contracta, quæ ultrà extendi ſe non patiuntur, ut prædicabilia & prædicamenta:* Alia *ſunt indifferentia, quæ in uſitatis quidem adhibentur, non tamen illis repugnat & in inuſitatis adhiberi, & naturâ ſui indifferentia ad utraq; ſunt. Hæc in inuſitatis uſurpare nihil abſurdi infert. Et talia omnes termini generales ſunt, interq; eos paronyma, quæ in perſon. & Sacram. adhibemus,* ſ. 1. t. 12. ſeq. 4. Aliquid alio reſpectu *& ad oppoſitum ſuum reduci poteſt. Sic homo ut pater eſt cauſa filij ſui, ut filius cauſatum. Vt ſubſtantia eſt ens neceſſarium,*

comparatione D E I *nibil, fumus, & contingens dicitur.* Ut *substantia absolutum, ut Senator, Magistratus, Pater, filius, respectivum quid dicitur. Sic* causa *certo modo effectus*, absolutum *respectivum*, Substantia *Logicè accidens*, Incorruptibile *Physicè, ut angelus, Metaphysicè corruptibile*, V. Michaël. t. 47. 40. *dicitur*; Signum *alio respectu signatum, independ. dependens esse potest. Ita & inusitatum certo modo ad generale usitatum referri poterit. Sic Deus ens infinitum notat. Et in Logicis etiam terminus finitus dicitur, quia certum & determinatum quid notat, non incertum, ut non currens, non videns.*

6. 2. Omnia paronyma *fiunt terminis connotativis, adjectivis, denominativis, & in quale, non absolutis, substantivis, & in quid. Sic album est dulce, non dulcedo, homo est doctus, coloratus, non doctrina, color. Sed personalia & Sacramentalia etiam substantivis & absolutis fiunt, ut homo est Deus, non tantùm divinus, Deus est homo, non tantùm humanatus, ut* Durandus *voluit* 3. sent. d. 4. q. 2. *Panis Cœnæ est Corpus, non tantùm Corporatus. Ergò non sunt Paron. Hoc argumentum pro firmissimo ab omnib. in hac materiâ habetur, &* Meisnerus p. 1 Ph. sob. s. 1. C. 5. q. 9. *in totâ rerum naturâ nullum exemplum esse ait, quo substantiæ disparatæ vocibus substantivis & synonymis de se dicantur.* Grauverus *rariora ea ait, eoq; & prædicationes tales rariores. Multos putare, nullas esse, ut magnus Theologus con. Calvinum & Bezam observârit*, C. 1. absur. t. 10. R. 1. Si absolutum idem sit ac essentiale, *quidditativum, abstractum, &* connotativum *idem ac non essentiale, non quidditativum, concretum, omnia personalia fiunt connotativis, non absolutis: Extraessentialia enim sunt, & in concreto fiunt, non abstracto*, s. 1. t. 27. seq. *Si absol. idem ac Grammaticè substantivum, Connotativum idem ac adjectivum*

u

ut Mendoza d. 1. sum. num. 48. Matthisius in Categ. Arist. C. 1. *Vel substantiale & accidentale quid, ut* Fonseca 5. Meta. C. 8. q. 7. n. 6. Weberus trig. disquis. d. 1. t. 13. *aliiq; volunt, sic falsa Major, multaq; paronyma terminis absolutis & substantivis enuntiantur.* Ut 1. In materiis eminentibus, *Deus est unus, bonus, sapiens, & est unitas, bonitas, sapientia, est n. ipsa sua essentia sibi & omnia. Sensus tamen Logicè paronymus, etsi termini substantivi & absoluti, & sic Synonymi videantur.* V. s. 1. t. 34. 43. 2. In transcendentibus. *Ut ens est unitas, veritas, bonitas, perfectio, ubietas, & ens est unum, verum, bonum, &c. Modus dicendi Synonymus, Logicè paronymus & denominativus est, attributum n. subjecti, non quidditatem & essentiam dicit; etsi realiter ab eo non differat, ut in* Metaph & Tr. d. ess. alic. s. 1. *dictum.*

7. 3. In artificialibus. Et adjectivè, *ut Lapis est columnatus, æs est statuatum, lignum est Mercuriatum, ulnatum, poculum est aureum, argenteum, ligneum,* Et substantivè *dicitur, Lapis est columna, æs est statua, lignum Mercurius, ulna, poculum est aurum, argentum, &c. Omnia tamen paronymως, quia non quidditatem subjecti dicunt. Pariter in mysticis dicitur, DEUS est humanatus, incarnatus, & est homo, Caro, homo est Deus & deificatus, & appellationes tales apud Patres occurrunt. Sic paries est albus & dealbatus, poculum est aureum & deauratum.* 4 In prædicamentalibus. *Ut, quædam planta est ruta, cypressus, abies, quidam homo pater, herus, servus, dominus, non tantum paternus, herilis, servilis, dominans. Quod. animal leo, canis, taurus, equus, non tantùm leoninum, caninum, &c. Sic de poculo aureo, est aurum, de jusculo aquoso, nil nisi Sal & aqua est, de ferro ignito, Corpus hoc ferrum & ignis, mulso, est aqua & mel, Mercurio aqua forti resoluto, hoc corpus*

est aqua fortis & Mercurius, dicitur, ut rectè observat I. Marti-
ni d. 7. d. person. t. 155. 158. *Qui & addit* t. 156. *Orthodoxè*
dici, Deus incarnatus, & homo deificatus in Christo. Sic paro-
nymως, quoddam membrum est capitatum, auritum, & est ca-
put, auris, digitus, quodd. album est paries, dulce est mel, sacca-
rum, mulsum, t. 29. 30.

8. 5. In præternaturalibus & defectuosis. *Sic in leo*
pardo leo est pardalinus, Camelus est pardalinus, & absolutè le
& camelus est pardus, hircus est cervinus & cervus in hircocer-
vo, equus est cervinus & cervus in equicervo, Canis est vulpi
nus & vulpes in Cynalopece, Cervus est damatus & dama i
Cervidamâ, s. tarando, equus est bovinus & bos in equibove, &
sic consequenter. Dantur enim reverâ talia animalia, ut in Phy
sicis docetur. V. Scaligerum ex. 202. s. 2. 3. Ex. 209. Ex. 217
s. 4. *De tityro* Pererium l. 1. in Gen. n. 151. *De equicerv*
Aristotel. 2. hist. anim. C. 1. *Cervidamâ vel cervibove* Pli
nium L. 8. C. 34. *vide. Hircocervum* Aristoteles *figmen*
tum censuit L. 4. Phys. C. 1. t. 1. (*Quanquam* l. d. Interpr. C
1. *tragelaphum aliquid significare ait,*) *Et* Pareus l. 20. Chi
C. 39. Smiglecius d. 1. Log. q. 1. 9. Et d. 4. q. 1. Tanneru
p. 1. Th. Sch. d. 2. q. 4. n. 18. Bacchius l. 1. d. anal. Log. C
1. p. 101. *Et Logici communiter. Rectiùs reale aliquid putat*
cum Scaligero ex. 207. Plinio c. l. C. 33. Cor. à Lapide i
C. 14. Deut. v. 5. *Qui ibi eum memorari putat, unde* Vulg-
tus & Eucherius Lugdunensis l. 2. sacr. Instruct. C. 12. a
Flacium p. 1. Clav. p. 1336. *tragelaphum reddunt, quod recti*
hircus Sylvestris reddatur, cum Hebræum id notet, ut Buxtor
p. 47. Lex. *docet, Rupicapra, ut* Lutherus, Junius Pagninu,
reddiderunt, Steinbock. *Quidam Capricervum animal I*
dicum censent, ex cujus Corpore lapis Bezoar exciditur, de q

Baccium d. gemmis C. 34. *videas*. Horstius *alce esse putat, quod* Deut. 14. *memoretur*. p. 4. d. mirab. nat. L. 9. c. 3. *Sed aliud istud animal est*. V. Scaliger. ex. 206. s. 2. *Rectissimè species animalis præternaturalis dicitur; de quo* Idem ex. 207. 6. In Poëticis & figmentis. *Sic in Centauro homo taurinus & taurus, in Chimarâ leo est draconinus & draco, dicitur, quas in simili hic* Scheiblerus L. 1. Metap. C. 7. n. 20. Et C. 8. Top. n. 49. C. 14. n. 35. *adducit*. *De Centauris, an sint vel esse possint, fusè disceptat* Magius L. 1. Misc. C. 20.

9. Dices: Ista similia ab hircocervo, leopardo, equicervo, *sumpta sunt impia*. *Non debent autem res sacræ comparari cum obscœnis, ut* Scheibler. C. 21. Top. n. 40. *loquitur*. R. 1. Non hic similitudo, sed instantia *ad Majorem datur ab exemplis inter alia hircocervi, leopardi, tityri, quod in Logicis solitum & utile est. Instantiam autem à rebus toto cœlo diversis desumere licet. Et qui à rerum diversitate instantiam infringere volunt, parum in Logicis proficiunt. Ex quocunq; enim propositio alteri formaliter contradicens efficitur, id instantiæ vim habet. Vt si* Pontificius *dicat: Qui pro nobis ad Deum orant, invocari à nobis possunt, instantia datur, Pauperes pro divitibus in hac terrâ ad DEVM sæpè orant, nec sequitur, eos invocari à divitibus posse. Sic* Scheiblerus ab *exemplis Minotauri, hircocervi, instantiam sumit, partes interdùm de toto in Casu recto & absoluto enuntiari*, C. 8. Top. n. 49. C. 14. n. 35. L. 1. Meta. C. 7. n. 20. *Sic hic ad terminos connotativos instantia depromitur*. 2. Etiamsi Comparatio aliqua esset, *non illicita esset, modò non in tertio impio & illicito fieret. Sic* Lutherus *olim hanc, homo est DEVS, magis disparatam in Philos. dixit, quàm illam, homo est asinus*, T. 1. Jen. Lat. disp. d. dict. Verbum Caro fact. t. 3. *Cum* Biele 3. sent. d 7. *Sintnè*

Centauri, & sintnè Dij, una quæstio dicuntur Aristoteli L. 1. Post. C. 1. t. 1. *Similitudo enim conditionem rei similis non mutat, ut Idem* Scheibler. C. 23. Top. n. 44. *docet. Sic ipsa Scripturâ ita comparat. Vt Congregationem suam & Apostolorum Christus conventui aquilarum & cadaveris,* Matth. 24. v. 28. *Inopinationem adventus ultimi adventui furis in nocte comparat*, c. l. v. 43. 44. Luc. 12. v. 39. 1. Teſſ. 5. v. 2. 2. Pet. 3. v. 10. Apoc. 3. v. 3. C. 16 v. 15. *Deus usurario in reposcendis talentis suis comparatur*, Matt. 25. v. 27. *Christus leoni & radici*, Apoc. 5. v. 5. C. 22 v. 16. *Vermi*, Psal. 22. v. 7. *Vsurario*, Luc. 7. v. 41. *Credentium eminentiæ nihil adimit, quòd Conjunctio eorum cum DEO illustretur cohæsione scortatoris cum scorto*, 1. Cor. 6. v. 16. 17. *Sic hircus typum Christi gessit*, Lev. 16. *Et comparationem deducit* Cyrillus L. de hirc. emiss. *Et in* Passional. t. 17. *deducta est. Deus contemptum sui exponens se quasi tineam & putredinem domui Juda esse ait*, Hose. 5. v. 12. *De quâ comparandi ratione erudita quædam ap.* Lælium c. Sartorium p. 35. 36. Behmium c. Montanum p. 120 121. Gerhardum L. C. d. resurrect. mort. t. 76. aliosq; *legi possunt. Ita hic comparationis tertium tantùm sit, paronymum prædicatum termino absoluto & substantivo factum, in quo nulla impietas, quicquid aliis videatur.*

Sed 3. Falsum etiam, *ista obscœna esse. Sunt realia animalia in naturâ rerum existentia, etsi præter communem naturæ processum genita, ut ante dictum, obscœni nihil in se habentia, quod in morali regno verbis, factis, & gestibus propriè procedit, ut in* Ethicis *dictum. Neq; propriè* monstra *sunt, etsi vulgatò sic dicantur, & largo vocis usu sic dici possint, non enim ita horribilia sunt, ut quæ ab usitatâ naturâ recedunt, ut horrorem incutiant, quæ inde monstra dici meruerunt. Sic monoculum,*

lum, unimanum, *aut* 6. *digitorum hominem non propriè monstrum vocamus*, *etsi ab ordinariâ naturâ deviet. Sic animal ante cervum*, *postico hircum repræsentans*, *horrorem non habet. Nec* commenta *sunt*, *ut illa Poëtarum de Minotauris, Cerbero, faunis*, *satyris*, *sed realia animalia in Naturâ rerum verè existentia, ut ante dictum.* 4. Quàm duræ *& spurca comparationes in* Luthero *occurrant*, *ex Tomis Op. & Colloquijs mensalibus apparet. Nec tamen reprobantur*, *sed excusantur & defenduntur à Lutheranis.* V. Lælium & Behmium c. I. 5. Quòd si *omninò aliquid comparationis hic implicare velis*, *non Christi cum hircocervo, leopardo, aut prædicationum personalium, homo est Deus, cum his, leo est pardus, erit:* Sed diversitas rerum per comparationem adducetur. *Vt in Christo unio mystica & singularis, prædicationes in terminis substantivis & absolutis pariens:* Sic in *leopardo unio præternaturalis & rarior*, *prædicationem in terminis substantivis gignens. Diversitas unionum eandem prædicationem pariens comparatione adducitur.* Sic, *ut in Sycophantâ studium omnia pervertendi: Sic in candido omnia in melius & mitius explicandi est.* Ut *lupus non nisi ad vastandum & devorandum*, sic *bonus pastor nonnisi ad servandum & fovendum oves venit*, *adversitas morum & studiorum in Sycophantâ & candido, lupo & pastore, per comparationem adducitur*, *non candidus cum Sycophantâ, pastor cum lupo comparatur.*

10. 3. Om paronyma prædicatio *propria est proprietate Logicâ*, *h. e. attributione naturali*, *ut per naturæ vim termini sibi attribui non repugnent. Sic paries est albus, homo est doctus, herba est ruta. Adde etiam præternaturalia ista, ut hircus est cervus, Camelus est pardus*, *Canis est vulpes. Intra Naturæ enim circum ista adhuc reperiuntur, non totam ejus vim tran-*

transcendunt. Sed personalia & Sacramentalia non sunt propria proprietate Logicâ, sed maximè ei repugnant. Nec enim Logicus Deum & hominem naturalem affirmandi de se dispositionem habere dicit, sunt enim disparata & opposita, perinde ac homo & leo, asinus, taurus, ac totam Naturæ vim transcendunt, ac contrariantur ei. E. non paronymæ. R. 1. Major est falsa, *cum paronyma ad naturalia & supernaturalia, usitata & inusitata, indifferentia sint, & in abstractione entis procedant*, f. 1. t. 19. *Non ad propriè proprietate Logicâ, h. e. usitata, hoc enim hic propria Logica sunt*, f. 1. t. 51. *adstricta. Sic omnia præternaturalia, ut Virgo peperit, mortuus idem numero revertitur, aliquid ex nihilo fit & in nihilum resolvitur, ferrum aquis supernatat, Cæcus verbo perfectè sanatur, quorsùm & contranaturalia pertinent, ubi Natura ex se & sibi relicta nonnisi oppositum & impossibile dicere potest, ut homo est Deus*, f. 1. t. 47. *Nec ad paronymum ut sic dispositio terminorum præcisè naturalis requiritur, sed qualiscunq; consensus, sive is in Naturâ fundetur, sive à supernaturali vi*, f. 1. t. 10. *Quæ ex specialibus disciplinis, ubi res ipsæ proponuntur, Logicum haurire oportet, ex ipsâ Logicâ talia scire non potest. Sic quendam hircum esse cervum Logicus ex* Physicis, *quendam hominem esse Deum ex* Theologicis, *sumet, indeq; disponet.* 2. Major limitanda. *Præd. paronyma scil.* de re intra circum Naturæ contentâ enunciata est *propria, h. e. Naturalis, & naturalem terminorum dispositionem habet, non autem de re in universum & in abstractione entis, ubi & impropriissima, h. e. supra totam Naturæ vim elevata, mirabilis, singularis, prorsùs extraordinaria, contranaturalis esse potest. Abstrahit enim paronym. à finito & infinito, creato & incr. naturali & præternaturali, & in utroq; indifferenter esse potest.*

EXER-

De ulteriorib. contra modos prædicandi objectionibus.

II. 4. HOmo est Deus, & hic homo est Deus, *sensu eadem sunt. Personalia enim singularia enuntiata de uno singulari subjecto affirmata, non universalia sunt, ut Theologi docent, quod idem & de Sacramentalibus procedit. Sed hic homo non est paronymum, nam de hujus essentiâ, qui homo & Deus jam ex incarnatione assumitur, est, simul Deum esse, Deus enim incarnatus hic intelligitur: Et de huj⁹ panis in Cœnâ essentiâ jam est, simul Corpus Christi esse, vel illud junctum habere. E. nec τὸ homo est Deus, paronymum est.* R. Si τὸ hic homo *totum compositum ex utroq́, DEO & homine jam constitutum, notat, tùm de hujus hominis esse est, esse Deum, quomodo de hominis albi esse est album, cum subjectum ex utroq́ jam complexum sumatur, ad cujus complexi esse utraq́ pars requiritur, & sic sunt Synonymæ prædicationes. Si alterum unitum in concreto, prout in personalibus sumi debet, tùm non de essentiâ hominis etiam hujus est, esse DEVM, sed personali & extraessentiali unione, eoq́ paronymum prædicatum facit,* ſ. 1. t. 26. ſeq. *Sic & hic panis in Cœnâ non compositum quid ex pane & Corpore Christi notat, sed panem in concreto, & de eo unione non essentiali & Sacramentali officium ejus in Cœnâ dicit, quòd Corpus Christi sit, h. e. Quòd Corporis Christi communicatio sit,* ſ. 1. t. 30. Perſonalia *enim unionem dicunt, non quid ex unione jam compositum sit. Eoq́ ita extrema intelligenda ac resolvenda, ut in uno ejus natura divina, altero humana ponatur, ad quod fundamentum quæ analysis non congruit, legitima non est, ut rectè* Mentzerus T. 6. Gieſ. d. 15. t. 25. Et T. 7. d. 4. t. 42. 43. D. 11. t. 75. Sacramentalia *officium Sacramentale dicunt, non*

quid panis is ex essentiâ sit, sed quid ex officio in Cœnâ manduca-
tus sit, communicatio nempè Corporis Christi, s. 1.t. 29. 30. Vtroq;
generalißimus hic essendi & uniendi modus extraessentialis,
consequenter prædicandi paronymus est: Specialis personalis &
Sacramentalis est.

12. 5. Christus est unum per se & una substantia pri-
ma, non per accidens, ut Scholastici disputant. V. Fonsecam
5. Met. C. 8. q. 7. s. 2. 3. 6 Valentiam T. 4. d. 1. q. 1 p. 2. Ment-
zerum in Antimart. p. 207. Vietorem d. 8. Top. q. 3. E. ne-
quit aliquid paronymicè & accidentaliter de eâ prædicari. Nam
ubi paronymως aliquid alteri accedit, contingenter & per acci-
dens accedit, & sic unum per accidens facit. R. Nec parony-
micè & accidentaliter eadem sunt, sed extraessentialiter, s. 1. t.
32. Nec Christus unum per se est, ut Alstedius, Goclenius, Du-
relleus L. 2. Dialecti. c. 6. Ferrariensis aliiq; volunt, nec pe
accidens, ut Scotus 3. sent. d. 7. Occamus, Martinius, & alii
Nec utrumq; de eo dici potest, ut Goclenius p. 3. Misc. p. 221
censet: Sed per aliud & mirabilem concursum naturarum sib
non subordinatarum, s. 1. t. 24. De quo consequenter paronymi
cè quædam prædicari possunt. Sic Deus unum per se cum attri
butis, ens cum suis attributis est. Tamen attributa de illis paro
nymως dicuntur, t. 6 Sic homo docilis, flebilis, risibilis, per se
in secundo modo dicendi per se. Et tamen hæc paronymως de e
dicuntur. Aliud etiam est, Christus est homo, quod ex parte Sy
nonymum, s. 1. t. 26. Aliud, DEVS est homo, quod paron
mum. 6. In paronymis nunquam duæ disparatæ substanti
enuntiantur, sed consentaneæ, ut Corpus est animatum, aut acc
dentales naturæ, non substantiales, ut homo est doctus, paries e
albus. Sed in personalibus & Sacramentalib. duæ disparatæ su
stantiæ, Deus & homo; panis & Corpus Christi, enuntiantu

R. A-

R. Antecedens falsum est, *ut hircus est cervus, equus est cervus, Camelus est pardus, Canis est vulpes, cervus est dama, angelus est Corpus, cum illud assumpsit, &c.* t.7.8. *Et in personal. & Sacramental. disparata prædicantur, sed non quà talia, & sine ullâ connotatoine concursus ac unionis: quà unum facta: Sed cum connotatione ejus, in quâ non separata, sed conjuncta jam sunt.* Disparata quà talia *sunt & manent, sine connotatione conjunctionis, semper de se negantur, nunquam affirmantur.* Quà concurrunt & uniuntur, *sic unum facta affirmantur. Vt, Philosophus est Theologus, Medicus, ICtus, album dulce, Coloratum est quantum. Qualis unitorum unio, talis enuntiatio. Vnio hic consensum per mysticam conjunctionem inter terminos efficit. Inde & consentanea prædicatio.* Alii *inter disparata, quæ affirmari nequeant, & terminos, in quibus disparata implicentur, distinguunt, quæ verissimè affirmentur, ut fortis est temperans, justus, modestus, Vrbanus est verax, &c. Sic cum angelus assumit Corpus, verè dico, Spiritus est Corpus, in assumptione scilicet, quod extra eam affirmare non licet, cum oppositæ substantiæ species sint.*

Dices: Abstracta eorum sunt disparata, *Vt humanitas & deitas, Panitas & Corporitas, albedo & dulcedo. E. & concreta eorum. Qualis enim abstractorum distinctio, talis & concretorum. Modo enim significandi tantùm differunt.* R. 1. Nō semper talis concretorum distinctio, *qualis abstractorum. Abstracta ut puræ formæ, subjectum non includentes, priores concretis, & causæ concretorum distinguuntur, & quæ de se affirmari non possunt: Sed concreta non ita, verùm aliter, & de se ob concursum optimè dicuntur, ut flavum est dulce, virtuosum est eruditum.* 2. Etiam homo & Deus, *panis & Corpus, sunt in unione disparata & manent, sed non prædicantur, ut disparata, sed ut conjunctione unum facta,* t. 11.

13. 7. Si perſonalia paronyma, *E. & accidentalia dici poterunt. Nam ut Synonymum eſſentiale, ſic paronymum accidentale eſt. Sed poſterius non, non enim caro Chriſti accidens, ſed ſubſtantia eſt: Et prædicabile accidens leviter, ſeparabiliter, & externè tantùm ſubjecto unitum eſt: At Caro verbo intimè, arctiſſimè, indiſtanter, inſolubiliter, penetrativè. E. nec prius.* R. Major eſt falſa, *nec accidentale, ſi propriè ſumatur, & paronymum idem ſunt*, ſ. 1. t. 32. *Si latiſſimè ſumatur pro omni extraeſſentiali, quomodo quidam ſumunt*, ut Scharfius Comm. ad p. 1. Log. ſ. 1. C. 3. Keslerus proem. quad. diſc. m. 1. n. 4. Scheckius, Grauverus, Gutkius, V. ſ. 1. t. 11. Hunnius in Can. Log. C. 3. n. 1. Danhauver. proem. Epit. Dial. C. 2. Occamus 3. ſent. q. 9. n. 2. Reinbothus d. 4. d. præd. perſ. t. 16. aliiq; *Sic accidentales dici poſſunt. Accidens enim & opponitur ſubſtantiæ & eſſentiæ. Poſteriore modo accidentale hic dicitur. Et* aliud *eſt, accidentaliter Logicè dici: Aliud, ut accidens Phyſicum vel Metaphyſicum dici, ut* Scotus 3. ſent. d. 7. q. 1. *loquitur.* Aliud, *accidentaliter vel per accidens prædicari: Aliud, res in ſubjecto & prædicato expreſſas unione accidentali Phyſicâ uniri. Corpus eſt animatum, accidentaliter dicitur. Anima tamen & Corpus Phyſicè eſſentialiter uniuntur. Meliùs tamen paronyma in genere dicuntur. Non Chriſtus ens per accidens eſt*, t. 11. *Eoq́; nec quidquam per accid. propriè dicendum de eo dici poteſt. Si latiſſimè terminum ſumas, ſufficienter abſtrahere, ab omni imperfectione removere, & prudenter applicare oportet. Secùs ſatius abſtinetur, ut* ſ. 1. c. l. *dictum.*

14. 8. Humanitas Chriſti *non eſt verbi adjunctum, nam vel inhærens, ſic non ſubſtantia, ſed accidens prædicamentale eſſet, quod impium, vel adhærens, ſic unio non intima & per perichoreſin ac totalem circumminceſſionem, ſed externa, paraſtica*

tica, & levicula esset, quod Nestorianum. E. nec accidentis instar de verbo prædicari potest. R.1. Si adjunctum *Metaphysico sensu generaliter dicatur id, quod ab alio recipitur, ut esse ejus quidditativum Logicè non constituat, sic & humanitas Verbi, & attributa DEI ac entis, & propria hominis adjuncta dici possunt, ut in* Metaph. l.1. C.7. t.3. *dictum. Et sic nec accidens prædicamentale, nec parastasin Nestorianam præcisè infert. Sic attributa DEI ac entis neutrum inferunt, Tamen paronymως prædicantur,* t.6. 2. Sivè *caro adjunctũ Verbi dici poßit, sivè non poßit, paronymicè tamen & extraessentialiter de Verbo prædicari potest, quia non essentia & quidditas verbi Logica est,* ſ.1. t.33. ſeq. *Quo sensu paronymum longè latius adjuncto esse potest, & in transcendentibus, eminentibus, deficientibus, omniq́ rerum genere procedere, utcunq́ non adjunctum ibi procedat. Sic in notionalibus, ut Logicis, Grammaticis, Rhetoricis notionibus Synonyma & Paronyma Logica habemus, in quib. nec subjectum nec adjunctum propriè habemus, quæ* entis realis *attributa disjuncta faciunt, à quo notio secunda deficit, ut in* Metaph. *docetur.* 9. Humanitas Verbi *non est accidens verbi prædicabile aut prædicamentale, unio enim levicula, externa, & obiter nata oriretur; quod impium, & nihil DEO accidere potest, quia infinitus. E. nec accidentaliter prædicari potest.* R. Nec prædicatur *accidentaliter, sed extraessentialiter, non quidditativè, sed paronymicè & denominativè, quod longè latius accidentali est, nisi latißimè terminum sumas,* t.13. Et ſ.1. t.32. *Et accidens prædicamentale internè & inseparabiliter naturæ in subjecto suo inesse potest, ut docile & risibile homini, rugibile leoni, latrabile cani, ut non levicula aut obiter nata unio hinc statim colligenda. Sic* attributa *intimè de ente & DEO dicuntur, nõ unio externa aut parastatica hic somnianda, etsi omnia Lo-*

gicè paronym s dicuntur. Nihil DEO accidere poteſt Phyſicè aut Metaphyſicè, *quo internè perfectior reddatur, cum infinitè perfectus ſit:* Logicè *tamen aliquid accidentaliter & ex tempore de eo dici poteſt, ut Creare, redimere, ſanctificare, concurrere, gubernare, quod non ab æterno, quanquam mutationem aut novam perfectionem realem ipſi DEO non intulerit, ut* d. 6. Dec. 1. *Miſc. dictum: Etſi ut contingens quid de DEO non dicatur, ſed magis ut neceſſarium, & ſic appropriati denominationi reſpondeat, ut quibuſdam placere video.* V. I. Martini d. 5. d. Cauſ. pecc. t. 43. 44. Et Tr. d. Cauſa p. accidens t. 34. *dictum.*

15. 10. In paronymis *prædicata nomen, ſed non definitionem ſubjectis tribuunt. Sic homo eſt albus. Sed definitio albedinis, color viſum disgregans, homini non tribuitur. Sed perſonalia & nomen & definitionem tribuunt. Secùs homo dicetur tantùm Deus, reverâ non erit.* R. De definitione *prædicatorum eſſentiali id falſiſſimum eſt, nec enim homo in Chriſto ſpiritus increatus, nec DEUS animal rationale mortale, nec panis in Cœnâ Corpus vivum in DEO intimè ſubſiſtens, cumq́; eo unum perſonale faciens, dicitur,* ſ 1. c. 27. 28. *Rem quidem ſubjectis tribuunt, non ſolum nomen vel appellationem aut titulum: Sed* participatione tamen non eſſentiali, *adeoq́; non definitionem eſſentiæ ſuæ. Si modo eſſentiali prædicatum tribueretur ſubjecto, ad omnia prædicata ejus materialia & eſſentialia de ſubjecto affirmanda conſequenter procederetur. Sed modus hic extraeſſentialis eſt, & ſpecialiter in* Theologicis *perſon lis & Sacramentalis appellatur, ut c. l. pluribus dictum. Sic homo eſt doctus. Doctum eſſe eſt Concretum accidentale & ens per accidens.* Non dices, *E. & homo eſt concretum accidentale & ens p. accid. Homo enim doctus eſt attributione parony-*

ronymicâ, non Synonymicâ. Et paronyma nomen dare dicuntur, non q. nihil rei, sed nudum titulum ac nomen dent, sed quòd definitionem, ut definitionem, h. e. essentialem & quidditativum subjecti conceptum Logicè non dent, sed denominativè subjectum enuntient.

16. II. Paronyma *tantùm in quale prædicantur. Sed personalia etiam in quid. Vt, quid iste homo, Christus? Est simul DEVS in secula benedictus.* Rom. 9. R. De quidditate *Logicâ id falsum est, non enim quid essentiale hominis istius, Christi, Logicè dicit, DEVM esse, sic enim substantia rationalis ejus quidditas est: Sed aliud quid, quid ex unione nempè habeat, non quidditate Logicâ hominis.* V. ſ. 1. t. 28. 33. 34. *Vnionem prædicata ista dicunt, non quidditatem subjecti Logicam,* t. 10. *Si quidditatem subjecti ex utraq; naturâ jam constituti attendas, jam alia ratio est, & ex parte ad Synonymian acceditur,* ſ. 1. t 26. *Sed non cum reliquis personalibus ea confundenda.* 12. In Naturalibus omnis *modus inessendi vel essentialis constituens, vel consequens est. Vnde & modus prædicandi totuplex, qui in modo inessendi fundatur. Sed in personalibus neuter est, sed planè novus, mysticus, singularis, & inusitatus, supra totam Naturæ potestatem elevatus. E. & talis prædicandi modus.* R. 1. Est singularis *& inusitatus, si materiales modos attendas,* ſ. 1. t. 46. 48. *Sed paronymus, si formales.* 2. Constituens *& consequens non sunt modi generales omnis affirmationis, sic enim contingentia, ut homo est doctus, dives,* Corpus *est album, neutrum sunt, eoq; nec omnem affirmandi habitudinem exhauriunt: Sed tantùm* essentialis, *per se, & demonstrativè necessariæ ac prædicamentalis affirmationis, in quâ prædicabilia & prædicamenta procedant, ubi affirmatio vel constitutiva, vel consecutiva dicitur.* V. L. 2. Log. C. 2. Mystica

autem

autem sub his non comprehenduntur, sed materiam necessariam generalem, non apodicticam, faciunt, & prædicamentis prorsùs eximuntur, d. 4. Log. t. 20. 21. *Eoq; ad neutrum istorum membrorum pertinere debent. DEUS est homo non per se, sed per aliud, & mirabilem duarum Naturarum ad unum supposi-tum concursum*, t. 11. Et s. 1. t. 24. *Eoq; nec constituere nec consequi debet. Et attributa DEI etsi paronymicè dicantur, non tamen ut essentialia consequentia dicuntur, sic enim sunt in DEO, ut sint ipsum, ita insunt, ut nihil antecedat, nihil subsequatur, ut rectè* Scaliger ex. 365. s. 6. *Sed pro nostro conceptu tantùm ut conceptus secundi aßignantur, quib. Deum ulteriùs distinctè in cognoscendo repræsentamus*, V. d. 4. t. 9. Dec. [illegible] Miscell. *Et in* Pneumaticis *ulteriùs docetur. Meliu[illegible] ergò hic & generaliùs omnis modus essendi vel essentialis & Logicè quidditativus, vel extraessentialis & non quidditativus dicitur, & ad posteriorem Personalia ac Sacramentalia referuntur*, s. 1. t. 10. seq.

17. 13. Humanitas Christi *intimè in verbum & hypostasin ejus recepta est, ut velut pars personalis personæ verbi facta sit, non extra ejus hypostasin sit. Et sic in prædicationib. personalib. consideratur. E. & non extraessentialis illi dici debet. Mutua enim immanentia τὸ extra excludit. E. nec extraessentialiter de verbo prædicari potest.* R. Est intima hypostasi Verbi, *sed ut receptum ac assumptum quid eò, non q. de essentiâ & quidditate ejus Logicâ sit, quomodo extraessentialis est & manet, consequenter paronymως & denominativè prædicatur. Non est extra DEUM hypostaticè spectatum: Est tamen extra quidditatem Dei Logicè spectatam & conceptam, & sic extraessentialiter ei competit, ac de eo dicitur.* Τὸ *intimum excludit extra sejunctionis & separationis, non enim Caro divulsa* &

& separata est à DEO Verbo, sed intimè juncta: Non autem distinctionis aut quidditativi conceptus: Essentialis enim & quidditativa Verbo Logicè non est, & sic respectum Synonymum Logicum respuit, ac paronymum admittit, f. 1. t. 24. seq. Dices: Hypostasis *verbi non differt realiter ab essentiâ ejus. E. si illi caro intima, & huic.* R. Differt *tamen ratione & modo, in quo diversa prædicata fundari possunt. Sic hypostasis Verbi post incarnationem facta est composita, Caro pars personalis suppositi Verbi facta est: Sed non, essentia Verbi composita facta, aut Caro pars essentiæ facta est, q. illa simplicitatem amisisset, & compositionem admisisset.* Persona *Verbi immediatè & primò assumpsit Carnem: Natura mediatè & secundò.* Hypostasis *Verbi realiter ab hypostasi Patris differt, non essentia verbi ab essentiâ Patris, cum una & eadem sit.* Persona *Verbi mortua, passa, resuscitata, sed secundùm carnem, non essentia aut divinitas, nisi Theopaschiticè delires, ut* alibi *docetur. Et caro hypostasi ac naturæ Verbi intima est: Non tamen Logicè quidditativa & Synonymica eis, sed extraessentialis & paronymica.*

18. 14. Paronyma *non admittunt reciprocationem. Vt, poculum est aureum. Non statim aureum est poculum. Fieret enim subjectum adjunctum, & contrà, quod non. Sed personalia admittunt, homo est Deus, & Deus homo.* R. Major falsa est *de omnibus propriis, quæ paronymica, & reciprocantur. Vt, homo est docilis, risibilis, flebilis, & docile, risibile, flebile, homo, Canis latrabilis, equus hinnibilis, & contrà. Et in communibus etiam, particulariter subjectum sumptum reciprocari, non absurdum est. Vt, poculum est aureum, & quodd. aureum est pocul. Homo est albus, & quid. albus est homo. Subjectum absurdum fieri etiam nihil absurdi est, alio & alio respectu. Sic miles subjectum armorum, & ducis aut Capitanei sui adjunctum est.*

Forma materiæ adjunctum, & proprietatum suarum subjectum est, t. 14. *Logicè autem satis est, subjectum fieri prædicatum denominationis, quod in conversione propositionum tritissimum. Vt, homo est albus, & quoddam album est homo. Humanitas est in Petro. Et quod est in Petro, est humanitas. Subjectum enim & prædicatum hic contraponi debent, non subjectum & adjunctum.* 15. In paronymis *prædicantur Naturæ communes & universales, ut homo est albus, hircus est cervus. Sed hic singulares & unicæ, quarum exempla tota rerum Natura non habet.* R. Antecedens falsum est. *Deus est unus, justus, bonus, h.e. hoc unum, bonum, justum. Singularis enim est, & unicum ejus exemplum, & tamen paronymum. Sic Petrus est hoc album, hoc doctum, hircus est hic cervus, &c. Modò unio non quidditativa subjecti & prædicati sit, paronymia est, etsi termini communes vel singulares. Et quòd hic tàm raræ ac singulares Naturæ, ad materiam prædicandi pertinet, quæ varia esse potest*, l. 1. t. 46. 47. *Et formalia tollere non potest, ad quæ Synon. ac Paronyma pertinent*, l. 1. t. 11. 12. *In paronymis prædicamentalibus fortè communia ac vulgata prædicentur: Sed hæc singularia ac inusitata sunt*, l. 1. t. 48. *Non mirum, si singulares naturas prædicent.*

19. 16. Paronyma *involvunt compositionem, nam concreta sunt. Sed Deus compositionem non admittit. E. de eo nil paronymicè prædicandum.* R. Major falsa. *DEVS est unus, bonus, justus, ens unum, verum, bonum, concreta, non statim composita. Nec modi transcendentales aut eminentes componunt, sed determinant & modificant: Nec concretum statim compositum est, ut Deus, Ens, simplex, Infinitum, Increatum, Sic homo est Deus*, τὸ *Deus non compositum, sed alteram Naturam in concreto notat*, l. 1. t. 26. *Prædicamentalia fortè composita*

posita sint: Transcendentalia & eminentia non. 17. In mysticis non dantur rigidæ definitiones, sed descriptiones tantùm. E. nec vera Synonyma aut paron. Illa enim ad hoc inventa, ut respectus rerum essentiales adverterentur, & sic meliùs definirentur. R. Consequentia falsa est. Synon. ac paron. in abstractione entis procedunt, s. 1. t. 12. seq In quibus nullæ rigidæ definitiones. Nec pro justis definitionibus tantùm ea inventa, sed & quibuscunq; descriptionibus, ut conceptus essentialis à non essentiali in quovis rerum consensu sive prædicamentales illæ, s. extraprædicam: Logicè distingueretur, & sic quidditas rei à non quidditate secerneretur. Et licet à gentilibus ea pro prædicamentalib. rebus ac justis definitionibus inventa essent: Christianus tamen novas res & materias cognoscens ultrà ea abstrahere, repræsentare, & applicare licitè posset, t. 5. Logica enim generalis disciplina esse debet, non specialis, s. 1. t. 15.

20. 18. In accidentalibus nunquam tale prædicatum est, quod ad τὸ εἶναι hypostaticum subjecti pertinet. Sed in personalibus tale est. To DEUS ad esse hypostaticum istius subjecti, hominis, in Christo pertinet. R. Nec sunt accidentalia, sed Logicè extraessentialia & paronyma, t. 13. Et in accidentalibus tale prædicatum non est, quia non præcisè personalia sunt, qualia in hoc exemplo sunt, quia nempè hoc unicum exemplum talis prædicati est. Perinde acsi dicas, in accidentalibus non sunt prædicata Sacramentalia, ut, panis Cœnæ est Corpus, Vinum Sanguis Christi. E. Sacramentalia non possunt dici accidentalia prædicata. In esse hypostatico & Sacramentali ultima talium materiarum specialitas est, ex quà singulares & inusitatæ sunt, s. 1. t. 48. Et undè non possunt infringi generalia eorum denominata. Nisi & vera ac consentanea aut concreta neges

accidentalia, quòd non esse hypostaticum enuntient. Specialissima materiarum possunt uni enuntiato esse propria, ut generalia cum aliјs communia sint. Sic personalia & Sacramentalia sunt affirmata, vera, pura, finita, simplicia enuntiata, quod cum multis ipsis commune. Quòd personalia & Sacramentalia sint, in eo specialissima eorum ratio est, in quâ cum nullo enuntiato communicant. Sed materiæ enuntiatæ id est, non modi prædicandi. Etiam unicum interdum rei alicujus exemplum est, & denominatio tamen in aliquo cum aliјs communis. Sic Causa prima & independens solus Deus, & tamen causa dicitur. Vnum infinitum, increatum, & tamen ens. Sic unum personalis enuntiati exemplum, Deus est homo: Enuntiatum tamen, & affirmans, purum, simplex, paronymum, verum, necessarium, &c. Tò Deus ad esse hypostaticum hominis pertinet, cum homo pro toto ex utraq; naturâ constituto sumitur, non quãdo pro alterâ naturâ in concreto, quomodo in personalibus sumi debet, t. 10. Sic non ad esse ejus pertinet, sed prædicatum extraessentiale ei dicit, non quid ex naturâ habeat, sed quid ex unione homo iste factus sit. V. t. 11.

21. 19. In prædicationibus non tàm natura extremorum, quàm unio spectanda. At ea hic personalis est. Talis ergò & prædicatio. R. Utrumq; spectandum, & extrema, & unio. Hæc essentialis & non essentialis Metaphysicè & Logicè est. In Christo autem non est unio essentialis. E. non essentialis quæ prædicationem paronymam facit. s. 1. t. 27. seq. 20. Accidens subjecti nunquam est ipsum subjectum. Sic albedo non paries est. Sed hic homo ipse Deus est. R. E. non est prædicatio accidentis inhærentis de subjecto, quod verum. Sed nihil contra paronyma, t. 13. Et accidens in concreto etiam velut subjectum sit, ut album est paries, doctum est homo. 21. Pars non

prædi-

prædicatur de toto paronymicè, sed Synonymicè, pertinet enim ad esse totius. Sed homo pars Dei in Christo est. E. non paronymicè. R. Major falsa est *de omnibus partibus extra totum separatam subsistentiam habentibus, quæ directè & substantivè de totis prædicantur. Vt, Camelus est pardus, leo est pardus*, t. 8. *Et totum hic non Deus aut homo, quæ hic prædicantur, sed totum compositum ex DEO & homine constitutum est, quod Christus, Jesus, & Meßias est, Salvator mundi, ubi Synonymica ex parte prædicatio est*, s. 1. t. 26. 22. Substantia prima *de nullo paronymicè prædicatur. Sed homo substantia prima hic est, idemq; ac hic homo. Ergò.* R. Substantia prima *directè ac ordinariè subjicitur, non prædicatur, quia singulare quid, quod naturaliter subjicitur. Eoq; nec Synonymicè nec paronymicè prædicatur. Per analogiam tamen quà unio cum eâ occurrit, eaq; exprimi debet, Natura una singularis de alterâ in concreto prædicatur, idq; paronymicè, ut hoc album est hoc dulce, hic leo est hic pardus, & contrà*, t. 8. *Idem in* personalibus *obtingit. Ex fide notum, duas singulares Naturas in Christo ad unam hypostasin uniri. Ita & in concreto de se habitudine non essentiali enuntiantur. Nisi unio nota esset, prædicatio non procederet.*

22. 23. Si personalia *paronyma, E. propria erunt aut impropria. Si illud, usitata erunt, quod mysterium evertit. Si impropria, tropica erunt, quod veritatem naturarum tollit.* R. Sunt propria proprietate Rhetoricâ & *Grammaticâ, sed non* Logicâ, *& hæc usitatum esse demùm infert, sic sunt impropria. Sed ab hac ad tropicum N. V. C. Sic virgo peperit impropriè, h. e. inusitatè & præternaturaliter, sed non impropriè, i. e. tropicè. Realiter enim & sine tropo peperit.* V. s. 1. t. 25. 49. 50. *Quòd si improprietas Rhetorica hic admittatur, usitata & vulgaris exsurget prædicatio. Vt, Herodes est vulpes, h. e. astutus, ut vulpes. Sed propriè sumendo præternaturale & inusita-*

situatum enuntiatum est. Quomodo Lutherus magis hanc, Deus est homo, disparatam, quàm, homo est asinus, dixit. Dices *cum* Durando ex 3. sent. d. 4 q. 2. J. Hoc, Petrus est homo, *majorem identitatem habet, quàm hoc, DEVS est homo. Est enim in 1. modo per se & essentiale, hoc tantùm personale. E. & major proprietas terminorum ibi est.* R. Non sequitur. *Æquè proprium est, homo est doctus, poculum est aureum, quàm homo est animal, etsi hoc intrinsecum & essentiale, illud extrinsecum & accidentale sit. Magis & minùs intrinsecum proprietatem vel improprietatem non dat, sed significati in voce retentio, aut in aliud translatio.*

23. 2. Petrus *per naturam hominis essentialiter constituitur. Non ita Deus per hominem. E. non æqualis proprietas.* R. Et hoc *non sequitur. Essentiale & accidentale æquè proprium quà significatum Rhetoricum termini est, ut homo est doctus, & homo est animal, etsi doctum non constituat essentialiter hominem, sicut animal.* 3. De quo *homo propriè dicitur, de eo in quid dicitur, quia non est terminus denominativus. Sed de DEO non potest in quid dici,* f. 1. t. 27. *E. non propriè.* R. Major est falsa. *Quoddam Corpus est homo propriè. Nec statim in quid, cum accidat ei, esse hominem, nam aliud ab eo esse posit. Et terminus absolutus, ut homo, etiam quandoq; denominativus esse potest, ut, æs est statua, equus est cervus, lapis est columna,* t. 7. 8. 4. Propriè *Deus incarnatus & humanatus dicitur, non homo, ut* Damascenus 3. d. orth. fide, C. 2. *ait. Non autem idem terminus propriè substantivè & denominativè de subjecto dicitur. Socrates, Petrus, propriè est homo, non humanatus. Sed Deus propriè humanatus, non homo.* R. Utrumq; *propriè de subjecto dicitur, & homo, & humanatus, h. e. esse humanum habens: Et ab homine proprium denominatum est hu-*

manus,

manus, non humanatus: Nec apud Damaſcenum *ea vox eſt, ſed* ἐνανθρωπήσας, *quod hominem factum & carnem aſſumentem notat. Homo factus autem non eſt denominativum hominis, ſed ipſe terminus abſolutus in & per unionem de ſubjecto prædicatus, proprieq́ dicitur & de Petro, in quo unione eſſentiali, & de DEO, in quo perſonali eſt. Vtraq́ unio propria eſt, etſi illa communis & vulgaris, hæc ſingularis ſit, quod proprio vocum ſignificato nihil adimit,* ſ. 1. t. 49. 50. *Cum Patres Deum humanatum dicunt, tum idem ac incarnatum & carnem factum volunt.*

24. 24. Paronyma *non exhauriunt prædicata perſonalia. E. potiùs omittenda.* R. Non ſequitur. *Nec concreta, inuſitata, ſingularia, aut diſparatorum prædicata, exhauriunt, Omnes Theologi tamen adhibent. Et myſtica nullus terminus exhaurire poteſt, ſemper aliquid ſupermanet, ut & ipſi angeli in ea* παρακύψαι *geſtiant,* 1. Pet. 1. v. 12. *Ne nos hic de exhauriendo cogitemus. Satis eſt, ſi termini ſuum formale in rebus dicant, ut abſtracta, concreta, conſentanea, diſſentanea, Synon. Paron. Recta, obliqua: Nullus res exhaurire tenetur, niſi fortè adæquatè definitivus ſit, qui hic non eſt: Etſi generaliùs aut ſpecialiùs rem denominet. Sic compoſitum de Chriſto non exhaurit omnia. Omnes tamen perſonam compoſitā eum dicunt.* 25. Prædicandi ratio, *potiùs ex ipſo unionis formali ſumenda & denominanda, quod hic myſticum, ſingulare, ſupernaturale, inuſitatum, perſonale eſt, quàm à generalibus iſtis terminis, qui tantùm rixas invehunt.* R. Ex utroq; *denominatio ſumenda, & generali & ſpeciali, quomodo & enuntiata vera, affirmata, diſparatorum, in concreto, dicimus, & ex materiâ ſupernaturalia, myſtica, inuſitata, Sacramentalia, &c. vocamus. Non enim ratio, quæ ex unione genericâ fluit; prorsùs in Logicis omittenda,*

tenda, sed etiam attendenda, quomodo in Metaphysicis modus essendi generalis non negligitur, ut essentialis, non essentialis, abstractus, concretus, per se & per aliud, &c. Æq. enim formale aliquod conceptus in re dicit, quod verè ei competat, ac speciales, t.21. Conf. Grauver. C.1. absurd. Gerhardum d. Cœn. t.93. Si rixæ inde oriuntur, vitio hominum fit, non terminorum. Sic & ex Evangelij prædicatione rixæ, Luc.12 v.51. Nec ob id omittitur. Abstactum & concretum ingentes rixas movit olim. Nec rejecti ob id termini. 26. Extraessentialis σχέσις introducit analysin Nestorianam, & intimam permeationem labefactat. R. Nihil minùs. Attributa DEI de DEO, entis de ente, propria rerum de rebus, extraessentiali habitudine Logicâ dicuntur, quia non sunt Logicæ quidditates rerum; & intimè rebus unita, non extranea. Illa etiam, ut sint ipse Deus & ens: Hæc intimè ab esse rei fluentia ac emanantia, in quib. qui parastases Nestorianas somniet, dignus, qui parastaticè docilis, flebilis, risibilis sit, non internâ è rationali formâ emanatione, & semihomo, non totus, sit. Quidditativam & essentialem Logicam rationem tantùm paronyma negant: Uniones intimas & à posteriori etiam essentiales, relinquere possunt.

25. 27. Reductio mysticorum ad denominativa diversa propos. genera confundit. Aliud, Deus incarnatur, homo fit: aliud, verbum caro factum est, filius DEI est filius hominis, hic homo est Deus. Potuit Deitati in tempore accidere, hominem fieri: Sed hic de Deitate Verbi quæritur, in quam Christus homo receptus est, ut Individuum. Hic jam propositiones singulares & Individuales fiunt. E. mala ista reductio. R. Omnia hæc falsa & aliena sunt. Nec diversa confunduntur, nec ista enuntiata in sensu diversa sunt. Omnia incarnationem & unionem describunt, unam naturã in concreto subjiciendo & prædicando.

EXER

EXERCITATIO VII. *& Vltima.*

De cœteris objectionibus, & prædicatis de attributis DEI.

QVòd *Individuales sint, paronymiam non tollit. Sic leo est hic pardus, Socrates est hoc album*, t. 18. *Perindè ut singularitas non tollit, quòd sint veræ, affirmantes, finitæ, simplices, &c.* 28. Paronymæ *generales propositiones sunt. Sed personales Individuales.* R. Antecedens *falsum est. Sic hic leo est hic pardus.* V.c.l.29. Deus *incarnatus intelligitur in hoc, DEVS est homo. At illi de essentiâ est, esse hominem. E. magis Synonymicum, quàm paronymicum.* R. DEO *incarnato pro toto composito ex utraq; naturâ sumpto de essentiâ est, esse hominem, & sic magis Synonymum, sed cautè urgendum,* s. 1. t. 26. *Non pro alterâ naturâ in concreto sumpto, cui de personali assumptione, non essentiali quidditate Logicâ est, esse hominem, & sic magis paronymum est,* t. 10. *An acciderit DEO, incarnari, an non acciderit, perinde est, prout terminum sumpseris & explicueris. Modò extraessentialis quidditas Logica maneat, sic paronymi notio locum habet,* t. 14. 30. Potiùs *disparitas propos. Logicarum & inusitatarum, quàm convenientia ostendenda.* R. Vtrumq; Logico *agendum, & convenientia in generalibus ac formalibus, & discrepantia in specialibus ac materialibus ostendenda. Datur enim aliqua operatio Logica circa inusitatas enuntiationes, eoq; & quædam notiones concedendæ, quibus eas denomines. Generalis enim disciplina Logica est,* s. 1. t. 15. 18. 22. 31. Potiùs *de abducendo, quàm reducendo, Christiano cogitandum.* R. De abducendo *à notionibus inconvenientibus, quales prædicabilia & prædicamenta, reducendo ad convenientes, quales geneales & in abstractione*

entis procedentes sunt, t. 24. Et s. 1. t. 12. seq. 32. Qui ad paronyma *reducunt, priùs terminos ab imperfectione purgare coguntur. At facilius dicitur, prop. mysticas non posse ad terminos Logicos referri, sed eminentiâ suâ eos transcendere, non illis subjacere.* R. Hoc *faciliùs, sed inconvenientiùs in Logicâ consideratione dicitur. Si enim intellectus ullam Logicam operationem de mysticis habere potest, aliquas notiones ei largiri oportet, quibus circa ea operetur. At potest, ut componere, resolvere. Et praxis Logica hoc admittit, quæ à mysticis non excludenda*, s. 1. t. 15. 18. *Secùs in universum ne propositiones quidem esse concedam*, s. 1. t. 41. *Quod non admittitur. Etiam inusitatum esse notio Logica est*, s. 1. t. 48. *Sic nec hoc in mysticis adhibendum foret. Fides Christiana quidem hæc & terminos tales non curat, sed relinquit. Logici fori tamen & considerationis est, ad distinctiùs docendum & explicandum ista habere, adhibere, retinere, & defendere, ut* dec. 1. Misc. d. 10. *dictum.* V. t. 5. 27. *Sunt hæ propositiones ultra* regulas Logicas materiales & speciales, *quæ de prædicamentalibus, creatis, & communibus materijs procedunt:* Intra regulas generales, formales, *& in abstractione entis procedentes*, s. 1. t. 12. seq. *Ita Syllogismos de illis formamus. Cur non quasdam propositionum formas illis concedamus? Sic nomen & verbum Logicum, subjecta, prædicata, & copulas illis concedimus. Velut in Theologicis & ad regulas Grammaticas loquimur, nisi barbari esse velimus*, s. 1. t. 22. Et Syn. ac Paron. *nulli imperfectioni in formali conceptu subjacent, ut tutò in mysticis adhiberi possint*, s. 1. t. 13.

27. 33. Mystica *sub conceptum & discursum Logicum cadunt. Non ergò prorsùs à Logicâ conceptus ac discursus directrice arcenda.* R. Hoc ipsum est, *quod volumus, & Logica praxis in omni rationabili occupanda requirit*, t. 26. 34.

Inter

Inter Logicam *Ethnicam & Christianam distinguere parum juvat. Ipsa enim disciplina extra pomœria religionis Christianæ manet.* R. Nec opus *ita distingvere*, nec *Nos facimus. Sed notiones quædam tamen à Logico Christiano multarum materiarum gnaro, quas gentilis ignorat, competentiùs, formaliùs, generaliùs, adæquatiùs, abstrahi, repræsentari, & applicari possunt, quod gentilis ita facere non potest*, t. 5. *Distinctio ipsa accidentaria ex Naturis subjectorū sumpta est; & disciplinam ipsam parum concernit, cujus præcepta ad lumen Naturæ justè conformata esse debent, perinde ac Grammaticæ, Rhetoricæ, &c. Et sic vera ac legitima sunt*, ſ. 1. t. 22. *Quicquid se subjectis aut religione sit. Et ex eo, quod extra pomœria fidei sit, non sequitur, in rebus fidei eam non adhibendam. Perinde ac nec de Grammaticâ aut Rhetoricâ in sermocinando id sequitur, quæ etiam extra pomœria religionis Christianæ*, c. l. *Generalis enim disciplina est*. C. l. t. 15. seq.

28. 34. Quæ denominativè *prædicantur*, mediatè *prædicantur, mediante formâ absolutâ, quæ inest. Vt album ob albedinem, doctum ob doctrinam. Sed personalia prædicantur* immediatè, *homo in hoc, Deus est homo, immediatè assumptam humanitatem notat, non solùm hominem in concreto, ut in aliis denominativis, ut quod. Corpus est homo. Et Corpus in Cœnâ immediatè Corpus Christi notat, non mediatam formam, à quâ panis Corpus Christi denominetur, sed ipsum forma denominans est.* R. Prædicantur mediatè, *h. e. in concreto, mediâ formâ aliquâ denominationem dante, sivè substantialis, s. accidentalis, sive naturalis s. præternaturalis, s. realis s. notionalis sit, & mediātè connotatione unionis, per quam in subjecto aliquo conveniunt, non sine eâ. Et sic de personalibus planissimè se habet, quæ & in concreto dicuntur, non abstracto*, ſ. 1. t. 33. 34. *Et præsuppositâ*

connotatione unionis, sine quâ dici non possent, s.1. t.29. Et hu-
manitas ac deitas hic illæ formæ sunt, quæ suppositâ unione in
concreto de se dicuntur, homo est DEVS. Et licet homo hic hu-
manitatem notet, in concreto tamen, unione ac conjunctione Na-
turam notat, non abstracto in seipsâ, essentialiter, & citra unio-
nem, ut is ipse habet, qui hoc argumentum objicit, Schæf. t.146.
s.1. c.1. Et sic semper unio involvitur ac prærequiritur, homoq;
notatur quantum ad naturam, solo eo excepto, quòd subsisten-
tia sit adempta, & per hypostasin Verbi, ad cujus subsistere ho-
mo ille tractus, compensata. Duæ Naturæ hic prædicantur, sed
ratione personalis unionis ac concretionis, per quam in supposi-
to concrescunt. Sono Grammatico videntur absolutè & im-
mediatè dici: Sensu Logico semper connotativè & mediatè
dicuntur, t.6. Nec forma semper inest, h.e. inhæret: Sed ve-
rè competit, sive inhæreat sivè adhæreat, sive circumstet, sivè
occupetur, sivè aliud quid sit. Et inesse Logicum, h.e. denomi-
nationem dare, non Physicum, h.e. inhærere hic est. V.L.1.
Log. p.2. C.1. Sic & in Cœnâ panis Corpus Christi dici
tur mediatè, h.e. mediante formâ abstractâ, corporitatis, t.33.
37. Et unione Sacramentali, quà medium communionis Corpo-
ris in usu est, etsi term. absolutus & substantivus sit, eoq; imme
diatè dici videatur. Sic, quædam substantia est corpus, quod
animal est hircus, cervus, immediata videntur, quia substanti
va & absoluta: Mediata tamen, quia paronyma, & abstract[a]
habent, unde denominatio est. V.t.6. Et s.1.t.27. seq. 35. I[n]
denominativus plerumq; concreta accidentalia sunt. Sed i[n]
personalibus substantialia. R. Etiam in paronymis sæpè talia
ut æs est statua, lapis columna, quædam planta ruta, Cypressu[s]
salvia, quidam leo est pardus, t.7.8. Vbi res accidentales, u[t]
albedo

albedo, color, ibi concreta accidentalia. Vbi substantiales, substantialia, ut corpus est animatum, t.13.14.

29 36. Si paronyma, *Deus est homo, E. à se abesse poterunt. Sed non possunt. In æternum enim quod* λόγος *semel assumpsit, non dimittit.* R. Antecedens falsum est. *Sic attributa* DEI, *Entis, & propria hominis paronyma, non tamen à subjectis suis abesse possunt. Accidentalia Logica Logicè à subjectis abesse possunt, non omnia prædicata paronyma. Et abesse hic tum* Logicum *est, h. e. non essentialiter prædicari, non autem Physicè dimitti aut separari. Et hic homo Logicè à* DEO *abest, h. e. non essentialis ejus quidditas est, sed aliud,* f. 1. t. 27. 37. Humanitas *Christi est natura substantialis cum filio* DEI *unum hyphistamenon constituens. Sed accidentalia nec substantiæ sunt, nec unum hyphistam: constituunt.* R. Nempè *non sunt prædicata Logicè accidentalia, sed paronyma generalia in abstractione entis procedentia, quæ longè latiora accidentalibus,* t. 13. 14. Et f. 1. t. 32. 38. Albedo *non dicitur paries. Sed homo dicitur* DEVS. *Albedo non est propria parietis. Sed humanitas Verbi,* Act. 20. v. 28. *Paries non fit albedo. Sed verbum factum est caro,* Joh. 1. *Paries non est in albedine. Sed* DEVS *est in carne,* 1. Tim. 3. v. 16. *E. hæ prædicationes multum distant.* R. Hæc accidentalibus *Logicis opponuntur, non autem paronymis generalibus, in quibus pleraq; non procedunt. Paries albus dicitur, sic homo* DEVS, *non deitas. Attributa* DEI *& entis sunt propria eorum. Paries fit albus, non albedo. Sic* DEVS *factus homo, non humanitas. Caro concretè hominem notat, & cum unione, non abstractè humanitatem, & citra eam. Et lapis fit columna, æs statua, leo pardus, Camelus pardus, etiam terminis absolutis,* t. 7. 8. *Paries non est in albedine.*

Sed lapis est in columnâ, æs in statuâ, anima in Corpore, forma in materiâ, hæc in materiato. Nec 1. Tim. 3. absolutè Deus caro dicitur, sed in carne manifestatus, quod longè alium sensum dat, & non è textu adimendum. Secùs Deus est in Christo, ait Paulus 2. Cor. 5. v. 19. Et in Christo plenitudo deitatis corporaliter habitat, Col. 2. v. 8.

30. 39. Unio personalis non facit unum per accidens, nec integrale, nec totum prædicat partem, nec est in parte. Sic animal nec in oculo, nec oculus. Sed filius DEI est homo & in homine. R. Tamen unum per aliud facit, t. 12. E. partes separatæ extra totum etiam directè de se dicuntur. Vt: Leo est pardus, equus est cervus, t. 8. Quicquid de integralibus non ita separatìm existentibus fit. Sic oculus ab animali separatus æquivocè oculus est. 40. Membrum ab animali separatum desinit esse verum membrum. Sic oculus ab homine excussus non amplius verus oculus est. Sed humanitas si à Verbo separari posset, propriam existentiam acciperet, & vera humanitas maneret. Non ergò velut membrum de toto prædicatur. R. Nempè non est talis unio DEI & hominis, qualis membri ad suum animal, sed longè alia, quæ ex duabus partibus quidem dicitur, sed personalibus, & rectiùs ex duobus totis, quàm partibus vocatur, ut totus DEVS toti homini, & totus homo toti DEO Verbo unitus sit, unioq; totius cum toto sit, ut in Theolog. doceri solet, & in Metaphys. L. 1. C. 6. dictum. Et talia tota si uniuntur, terminis directis de se prædicari nihil absurdi est, t. 8. 21. Et humanitas in æternum à Verbo separari non potest. Itaq; conditio impossibilis hic apponitur. 41. Accidens nunquam est ipsum subjectum. Sic albedo non paries. Sed homo est ipse Deus. R. E. Tò homo non accidens DEI, prædicabile vel prædicamenta

mentale est, sed prædicatum denominativum & paronymicum generale, quod longè latius, f. 1. t. 32. Et f. 2. t. 13. 14. *Et accidens abstractum non est subjectum, benè concretum. Vt, album est paries, flavum, dulce est mel, mulsum,* t. 7. 29. *Sic hic in concreto, homo est DEVS, non humanitas est DEVS.*

31. 42. In paronymis *modum habendi aliquem prædicatum notat, ut paries est albus, i. e. habet albedinem. Sed in personalibus est modus essendi. Homo non habet DEVM, sed est ipse Deus personaliter.* R. Antecedens *falsum est. Etiam modum essendi paronyma important, sed extraessentialem & non quidditativum. Vt, DEVS est verus, justus, bonus, Ens est unum, perfectum, ubicatum, homo est docile, risibile quid. Ideò & quædam absolutis ac abstractis terminis enuntiantur, Ens est veritas, unitas, bonitas, ubietas, Deus est veritas, sanctitas, justitia, Caritas,* t. 6. *Nec modus habendi modo essendi oppositus est, sed Synonymico ac essentiali modo tantùm opponitur,* f. 1. t. 8. 14. 43. Synonymæ *& paronymæ propositiones materiales sunt, non formales. Non enim solùm dicunt, quòd sint, sed & quomodo, essentialiter vel non essentialiter. Vnde nec nudis literis exprimi possunt, ut A. est D. B. est A. Vt formalia possunt, & ap. Aristotelem fit. E. non ita generalia sunt, ut in omni præcisè materiâ procedant.* R. Sunt materialia *ex generalissimâ materiâ, veritate, verum enim prærequirunt, & veri in affirmando universalia sunt fundamenta, ut alia non sint, falsaq; omnia excludant,* f. 1. t. 17. 42. *Sed non ex speciali, ut necessariâ vel contingente, prædicamentali vel extrapræd. naturali vel innaturali, &c. Quæ specialiter materialia dici solent,* f. 1. t 46. seq. Prior materialitas *generalitati ad omnem materiam & abstractionem entis non obstat, quomodo & in divinis*

&

& creatis vera ac falsa enuntiata habemus. *Formalia, quia*
non ad determinatam materiam, naturalem vel supernatura-
lem, creatam vel increatam, determinata sunt, sed in utraq;
indifferenter procedunt, f. 1. t. 18. 19. *Affirmandi enim gene-*
ralissimos modos dicunt, essentialem vel non essentialem, quid-
ditat. vel non quid. vel esse ipsum, vel inesse, non speciales, ut
prædicabilia, genus, species, proprium, &c. Vt specialem ma-
teriam Logicam non præcisè requirant, sed ad utramq; indif-
ferentia sint. Et hoc pro generali eorum ad omnes materias
applicatione sufficit. 44. Inusitata *omnes modos Logicos,*
formales & materiales, excludunt. Ideò enim inusitata di-
cuntur, quòd ad Logicas formas non quadrent. E. *& Syno-*
nyma ac paron. excludunt. R. Antecedens *falsum est, secùs*
nulla operatio Logica de inusitatis expediri posset, quod expe-
rientiæ & praxi Logicæ contrariatur, t. 26. *Et excludunt mo-*
dos incompetentes, ut prædicabilia, prædicamenta, non com-
petentes, ut generalia noëmata; Ipsum enim inusitatum jam
noëma Logicum *est.* V.c.1.

32. 45. In reducendo *convenientia ejus, quod reduci-*
tur, ad id, ad quod reducitur, requiritur saltem in principa-
libus. At personalium ad paronyma nulla convenientia. Omni
enim hæc denominativi termini. At personalia absoluti. R
Etiam sub *absolutis terminis est paronymia, modò extraessen-*
tialis terminorum habitudo ad sese adsit, ut ens est unitas, per-
fectio, t. 6. 7. 8. *Convenientia hic in principali est, extra*
essentiali & non quidditativâ habitudine, concretâ prædicatio-
ne, ulteriorum prædicatorum materialium, quæ in Synonymi-
cis procedunt, negatione, καθ' ἕνωσιν communicatione, union
non naturali & non essentiali, f. 1. t. 33. seq. *Et similibu*
46. In paronymis *denominativum & denominans differun*
real-

realiter, ut album & albedo. At in personalibus non, ut deitas & Deus, humanitas & homo. R. Antecedens in omnibus eminentibus & *transcendentibus paronymis falsum est, ut Deus est justus, bonus, verax, & bonitas, justitia, veracitas, & ratione hæc à bono, justo, vero, tantùm differunt: Ens est unum, verum, ubicatum, & unitas, veritas, ubicatio, ratione ab illis tantùm differt. Multa etiam abstracta & Concreta tantùm ratione & modo concipiendi ac enuntiandi differunt, ut DEUS & deitas, Leo & leonitas, cervus & cervitas, animal & animalitas, homo & homitas, &c. Abstracta enim simplicem, concreta compositum significandi Logicè modum, formam cum subjecto, habent. Unde* Scaliger, *concretum ab abstracto nihil differt, nisi modo significationis, non significatione*, L.4. d. Caus. Lat. Ling. C. 91. *ait. Accidentalia concreta realiter differre possunt, ut album & albedo, doctrina & doctus. Substantialia id facere non tenentur.*

33. 47. Synonym. & Paron. *& similes termini ex lumine Naturæ innotuerunt. Sed personalia & Sacramentalia planè supra & ultra illud sunt, & ex solâ Scripturâ innotescunt, ac mysteria æternis temporibus tacita sunt, quæ nulli per Naturam in mentem venire potuerunt. E. reductio hic potiùs omittenda.* R. Etiam affirmantia, *abstracta, concreta, vera, falsa, necessaria, contingentia, recta, obliqua, ex lumine Naturæ innotuerunt, & tamen inde personalibus ac Sacramentalibus denominationem tribuere nemo absurdum ducit, sed omnes faciunt.* V. t. 5. *Et ita isti termini ex lumine Naturæ innotuerunt, ut in abstractione entis procedere deprehensi sint, non ad entis contractionem in materiâ creatâ & prædicamentali stringi debere intellectum sit, quam abstractionem entis in* Metaphysicis & Logicis, *ut duabus disciplinis generalißimis, lu-*

men Naturæ etiam advertit & admittit , consequenter quas-
dam notiones Logicas & in mysticis adhibere docet. Sic Syllo-
gismos & propositiones etiam in mysticis adhibemus. Cur no
& notiones quaſdam apprehendendi , *quibus in mysticis*
intellectus Logicus dirigatur , ut verè & competenter conci-
piat, non alienos conceptus formet. Sic per modum concreti
abstracti, recti, obliqui, consent. dissentanei, mystica concipere
licet. Cur non etiam Synonymici & Paronymici, cum proxima
generalis veritatis affirmantis fundamenta ea in parte 1. Lo-
gicæ sint, ut alia non habeantur, quæ generaliter in omni enti
procedant, ſ.1.t.17. Et ſ.2.t.5. 48. Modus unionis in *per-*
sonalibus & Sacram. toto cœlo differt à modis unionis cognitis
qui paronyma facere solent. E. prædicationes eas non licet ad
paronymas referrre. R. Modus unionis ſcil. ſpecialis &
ultimus ex speciali materiali conditione sumptus totus mysticus
inusitatus, & incognitus est: Sed generalis & formalis not
eſt, *extraessentialis & non quidditativus*, & in hoc prædica-
tio paronyma fundatur, *quam ex generali essendi & inessen-*
di modo consequenter deducimus. Vt in genere prædicatione
eas dicimus: Sic & generales prædicat. species illis aßignare
valemus, ſ.1.t.14. ſeq. *Habitudo subjecti & prædicati genera-*
lis est paronymica, specialis est inusitata, & hæc diversa ab aliis
esse potest. Conf. ſ.1.t.38. *Sic in concreto aut abstracto prædi-*
cari generale est: Prædicamentale aut extrapræd. Naturale aut
præternaturale esse, ad specialem materiæ rationem respicit, &
multis modis variare potest. V. ſ. 1. t.43. ſeq. Plura, *quæ hic*
moveri queant , apud Scriptores reperire non potui. Si fue-
rint, alibi *expediri per occasionem poterunt.*

34. Contra paronymiam attributorum in DEO
ut Deus est unus, justus, verax, objicitur, 1. Si attributa extra

essen-

essentialiter de DEO prædicantur, *E. non quicquid est in DEO, erit ipsa DEI essentia, sed aliquid ultra essentiam, attributum nempè. Sed hoc communi Canoni, qui contra Photinianos & Vorstianos communiter tenetur, quicquid est in DEO, est ipse Deus, contradicit.* R. Negatur Major. *Non enim ut realiter diversum à DEO prædicatur, sic illud valeret, quod non omne in DEO Deus esset: Sed ut ratione tantùm, per quod nullum novum esse DEO importatur, sed tantùm modus aliquis, determinatio & habitudo in illo esse, distinctè à ratione in eo cogitata, & fundamentum suum in distinctâ consideratione habente, ut* Dec. 1. Misc. d. 4. & in Metaphys. *dixi, Et in* Pneumaticis *ulteriùs deducam. Sic manet verum, quicquid in DEO, est ipse Deus: Et, aliquid in DEO, quod à parte rei ipse Deus est, à parte distincti conceptus ut attributum in DEO concipitur, repræsentatur, denominatur, & prædicatur.* Conf. p. 1. t. 13. 2. Si attributa ut *paronyma prædicantur, E. Deus compositus ex subjecto & accidente erit.* R. Etiam negatur. *Attributa enim non componunt, sed tantùm modificant, determinant, distinguunt. Sic ens habet attributa, unum, bonum, ubicatum, & non componitur, sed postea in simplex & compositum distinguitur, & simplicitas ejus salvâ attributorum ratione, manet.* V. L. 1. Meta. C. 3. *Et plurib.* in Pneumaticis *dicetur.* Conf. t. 19.

35. 3. Si attributa paronymos *de DEO dicuntur, E. & accidentaliter dicentur. At nihil de DEO accidentaliter prædicatur, sed omne essentialiter.* R. Nec hoc sequitur. *Terminus enim paronymi latior, competentior, & habilior divinis est, quàm accidentalis, ut ab illo ad hunc non sequatur, nisi accid. latißimè & abusivè sumas,* t. 13. Et f. 1. t. 32. *Quæ ultrà hic moveri possunt de DEI simplicitate, perfectione, eminentiâ,*

tiâ, infinitate, unitate, ut attributa & prædicationes eorum ex eo negentur, in Pneumaticis *propriè resolutionem habere debent. Sunt enim hodiè, qui attributa in* D E O *realiter nulla esse, sed à nobis tantùm cogitari docent, ut in* Dictatis Peumaticis *monui, & uberiùs in* disput. Pneumaticis, *ubi occasio tulerit, deducam.* 4. Si attributa ut *multa prædicantur de* D E O, *falsò concipiuntur, nam in re unica & simplex* D E I *essentia sunt.* R. Si à parte rei & *ipsius essentiæ ut multa prædicantur, tùm falsò concipiuntur. Sed à parte distincti conceptus tantùm ut multa concipiuntur, non rei, quà virtute velut multis respondent, & sic distinctè repræsentantur, quæ in esse absoluto unicum quid sunt.* Nec quævis distinctio *statim realem multitudinem importat, sed rerum realiter naturis ac essentiis suis diversarum, quæ hic non est, sed modorum & attributorum tantùm, quæ eminens ac virtualis est, & cum simplicitate stare potest, ut in* Metaphysicis, Peumaticis, & Scholasticis *uberiùs docetur. Hæc de* modis prædicandi *jam dicta sufficiant.*

GLORIA IN EXCELSIS DEO.